

Universitätsbibliothek Wuppertal

Appendix Vergiliana


Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1910

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-3114](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-3114)



Neudruck mit Suppl. 1927

18to

1930 (von Morel)

18to

1935 (Morel)

App. Vaug. et R. Giomini, Firenze 1953 p.

Ueberall Nashalungen Vergils, vgl. Goethe an Schill. 29.
Aug. 1798 üb. An- u. Nashalänge. ders. 25. Juli 1798 all-
gemeine Paradiesucht fürs äusserst Mittelmäßige.

2^a editio, Roma 1961
Aug. Rostagni, Virgilii Praecepta üb. die ganz
App. Virg.) Torino. 1933. cf. F. Long Phil² 33, 1037.
Für Echtheit der ganz. App. Rostagni vorher in
Rev. Li. fil. 1930. 1931.

Warum so viel unversch. (Jugend-) Werke?
Dichter lieben nicht zu schweigen.

Immense Kritiken der Echtheit, cf. Nouv. Rev. p. 305 etc. par
εὐ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων χαίρει εἶπεν.

UB Wuppertal



11 GVE11601-1+2

POETA

IN AE

POETAE LATINI MINORES

POST AEMILIVM BAEHRENS

ITERVM RECENSIVIT

FRIDERICVS VOLLMER

VOLVMEN I

APPENDIX VERGILIANA



Dieses Buch stammt aus der
Bibliothek Günther Jachmann
Notizen und Randbemerkungen
dürfen nicht verändert oder
entfernt werden!

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI LIPSIAE MCMX

04

ZZWX 67665



LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEVNERI

84. 25 777

SIGFRIDO SVDHAVS

AMICITIAE ERGO

MVLTA DEDIT FORTVNA FAVENS COMMVNITER ORSIS
MVLTA NEGAVIT ADHVC INVIDA : DVBAT AMOR

POETARVM
missimum
LES vir in
clarissime
ut miram
citatem, q
tot terrar
perlegit, ut
bile semper
tates diuidi
interdum s
interpretand
que habere
bus immuta
ritiam cum
locus ille vi
temptam que
ratione non
citer atque
fieri et lom
silerium
bus meris
ideo hinc re
et procedit

PRAEFATIO.

POETARVM LATINORVM MINORVM volumina quinque longe utilissimum est opus ex omnibus quotquot AEMILIVS BAEHRENS vir indefessus philologis laboriosis donavit. in eodem clarissime apparent editoris et merita et vitia. namque ut miramur et admiramur sedulitatem habilitatem sagacitatem, quibus innumerabilis prope codices in omnibus tot terrarum bybliotheccis abditos odoratus est protraxit perlegit, ut approbamus sanum plerumque iudicium, laudabile semper acumen, quo librorum proprietates et affinitates diiudicavit, ita aegre ferimus et refutamus licentiam interdum summam, qua securus de sobria arte ac ratione interpretandi verba poetarum veterum tradita susque deque habere suisque hic illic non iam coniecturis sed lusi- bus immutare audebat. quamquam ut dicunt vel hoc vitium cum sua virtute erat coniunctum: plurimos sane locos ille vir, qui tot malis codicibus tractatis ad contemptum quendam etiam bonorum pelliciebatur, immoderatione non probanda corripit, multos tamen etiam feliciter atque adeo felicissime correxit. hoc nunc hic profiteri et laudare eo magis decet quod aequales hominis sollertissimi et diligentissimi prae erroribus et temeritatibus merita saepe non aequo iudicio neglegebant. atque ideo hodie repellimus quidem eos qui Baehrensi impetum et procacitatem aemulentur non adaequantes exempli assi-

duitatem vel circa codices felicitatem, aequè tamen contemnimus si quis codices ab hominibus conscriptos adorat neque audet rationi confidere magis quam litteris pictis.

ego iam adolescentulus consilium cepi Baehrensii opus redintegrare atque innovare, et quia philologi animum alliciebat spes emendandi quae peccata videbam, et quia credebam (quod hodieque credo et expertus repeto) haec carmina nondum ea apud antiquarum rerum studiosos florere sive auctoritate sive amore quae mereantur. atque in ea re maxime tragicam Baehrensii fortunam plango quod carmina, quibus servandis vitam impenderat, pleraque adeo depravavit ut doctis sordere viderentur.

mihî igitur in universum id curandum erat ut copias a Baehrensi ad solidius edenda poemata comparatas non solum repeterem, sed, id quod certe ipse fecisset, etiam auferem si fieri poterat et percolarem, simul tamen contextum verborum constituerem quatenus possem genuinum et a Baehrensiana audacia purgatum.

nec tamen meum esse duxi operis rationem atque ordinem retinere plane talem qualem Baehrensius dederat. mihi summus eiusmodi collectionis finis videtur esse utilitas, summum consilium studium quam commodissime auctores et opera ob non refert quas causas abstrusa lecturis colligere et adornare. quare non dubitavi relinquere ex. gr. Ciceroniana carmina Germanici opera alia, exclusi totam Anthologiam a Baehrensi praecipua cum temeritate ordinatam, quippe quae nunc propriis editionibus philologis sat facile prostant. pauca recepi a Baehrensi praetermissa ut Merobaudem, Draconti carmina christiana a ceteris non separanda. feliciter hoc

mihî contigit ut aliquas partes operis multifidi, velut *Catonis sententias et Avianum*, transferre possem in umeros iuniorum, qui meo hortatu consilioque edendi munus susceperunt, exercitamentum hodie nescio an magis necessarium fertiliusque quam unquam antea.

temptaveram in *Culice* aliisque poematis duplicem conformare apparatus criticum, alterum contextui subiectum quam brevissimum quique quam minime continuationem legendi impediret (talem fere qualem *Leo* in *Culicis* editione eleganti in imis paginis dederat), alterum plenum post fines carminum, ubi etiam coniecturae virorum doctorum largius enumerarentur, ne ut fit terque quaterque pro novis venum irent. tamen hanc rationem cum viderem in *Ciri Aetnaeque* non sine summis molestiis teneri posse, a consilio abii, ne inaequaliter tractata prodeant carmina huius appendicis. fortasse in *Homero Latino* aliisque carminibus continget ut viam initam percurram.

a *Baehrensiana* in adnotando diligentia qua multos superabat in eo potissimum recessi ut praetermitterem inutilis sordis orthographicas codicum, in quibus afferendis cacozelia peccabat *Baehrensius*. nos hodie orthographiam *Carolinorum* vel *humanistarum* sat superque novimus nec refert in singulis locis scire quae singuli codices praebant nisi sicubi aliud verbum, alia sententia aliter lecto vocabulo intellegi potest. talibus locis (ex. gr. vere pro ferre vel ora pro hora) etiam in hac editione diligenter ex codicibus varietates enumerantur.

ceterum spero me pro virili parte assecutum esse quod cum cura sequebar, scilicet ut ne falsa ex codicibus offerrem. ideo mihi fere omnium codicum coemi photo-

grapha neque abnui laborem molestissimum paginas iam typis expressas iterum cum iis conferre. si tamen aliquot vitia irrepserint, homo sum.

libellum novom cui donarem, iam diu mihi constabat. Aetnam continet, Aetna a me reddenda erat viro amicissimo qui iam abhinc undecim annos donaverat. sane etiam hodie ut tunc temporis studio consociato (Sudhaus plagulas meas multo cum fructu adnotavit) non id effectum est ut in carminis difficillimi locis omnibus consentiamus, tamen per maximam partem nos de auctoris consilio et verbis eadem vel similia cogitare admodum me iuvat.

Dabam Monaci kal. Aug. a. 1909

Fr. Vollmer

Corrigenda et addenda.

Eximiam operarum officinae Teubnerianae diligentiam in hoc opere denuo expertus pauca adhuc emendanda inveni:

p. 3: in primi capitis ultimo versu male typis datum est esse sit pro esset.

p. 20 media: pro rerum tractarum lege tractatarum.

p. 21: nondum vidi programma a. 1822 p. 6, ubi Matthiaeus iterum de exemplari Heinsiano verba fecit.

p. 25: ad vers. 141 meo errore factum est ut male nunc legatur latebras] ris V; legendum latebris] ras V.

p. 36: sero vidi Eduardi Schwartz Adversaria (invit. ad praem. publ. renunt. Gottingae 1908), qui de Aetnae aliquot locis egit p. 18 ss., nec quidquam mihi probabile inest.

p. 62: in app. ad v. 332 lege: cf. ad. 402 (pro 406).

I

APPENDIX VERGILIANA

1
AZARHOREY ZICZARA

Post Cetera
pauca quae
esse testam
ti lesa cry
per ritend
dura attone
in ne pils
Moxiam e
Elii ne C
dipa odice
tata Bader
vraus que
am Dria
Catalpa de
ne si deniq
bat in gra
et passim qu
quis") et pr
vraus depic
vri.
in univere
vrausque in
a perversum
sicut Georg
sicutis red

1. Sixt. Ber.
vraus vran
in ali odier
et. Acad. 178

Post Ciceronis carmina a me consilio ommissa antiquissima quae Baehrensii receperit sunt ea quae consensus testium Vergilio adsripsit minora. haec sane suum sibi locum exposcunt in editione Vergili, tamen in hoc opere retinenda ac repetenda duxi, et quia Ribbeckius in altera editione Vergili apparatus criticum non aequalem nec fidelem exhibuit, praetermissis omnino elegiis in Maecenatem et Aetna carmine, et quia editiones neque Ellisii nec Curcii fide iudicioque sufficiunt, quamquam uterque codices novos partim pretiosos adhibuit. ordinem autem Baehrensii immutavi ut melius conecterentur ea carmina quae iisdem traduntur codicibus, Culex scilicet cum Diris Lydia Copa Moreto, Ciris cum Priapeis, Catalepton libello, elegiis in Maecenatis obitum, ultima esse sit denique Aetna.

erste Ausg.
vol. IV 1868

haec in prima parte, quae incipit a Culice, nunc brevis esse possum quod alibi fusius fata memoriae et codicum exposui¹⁾ et praeterea ubique stemmatis codicum ante ipsa carmina depictis totam historiam sub oculos ponendam curavi.

in universum autem haec praefanda sunt.²⁾ omnia quaecumque in hoc volumine edituri sumus carmina ad nos pervenerunt ex antiquo quodam codice Vergili, in quo Bucolicis Georgicis Aeneidi hae quasi prolusiones poetae adolescentis vel praemissae erant vel adnexae. in hoc

1) Sitz.-Ber. der bayer. Akademie 1908, Heft 11: 'P. Virgilio Maronis iuvenalis ludi libellus'. ad hunc tractatum lectores relego ubi adscribo 'Sitz.-Ber. 1908'. 2) cf. Sitz.-Ber. der bayer. Akad. 1907, III p. 339 sqq. Sitz.-Ber. 1908, p. 25.

codice indiculo illi Suetoniano, qui Vergilio tribuebat libellos CATALEPTON CIRIN COPAM CVLICEM DIRAS EPIGRAMMATA PRIAPEA pro genuinis, AETNAM ut addubitatam, accesserunt¹⁾ LYDIA ob puellam in Diris homonymon, MORETVM propter descriptionem vitae rusticae, ELEGIAE in Maecenatem ob laudem fautoris Vergili, perierant nescio qua de causa EPIGRAMMATA. talem codicem vel ipsum vel apographon nobis repraesentat liber 282 catalogi codicum in coenobio Murbach fere anno 850 asservatorum, qui uno volumine complectebatur DIRAS, CVLICEM, AETNAM, COPAM, MAECENATEM, CIRIN, CATALEPTON, PRIAPEA, MORETVM. item plenam adhuc collectionem in manibus habebat anthologus, qui in florilegium recepit versus ex CVLICE AETNA CIRI CATALEPTON, habuisse potest qui codicem Stabulensem (S) conscripsit²⁾, nec minus qui in codicem Bruxellensem collegit quae deerant in codice S. Eucharri prope Treviros³⁾. verum iam inde ab nono saeculo aut consilio aut casu collectio haec Vergiliana in varias partes discerpta est, consilio ut si in Gyraldinum Claudiani recepta est sola Aetna, casu ut si qui ludum quem dicunt iuvenalem composuit non vidit nisi codicem lacerum, in quo legebantur sola carmina CVLEX, DIRAE cum LYDIA, COPA, MORETVM. quae singula in descriptione singulorum codicum persequemur.

Exc. purissimus in CVLICE verborum fons est florilegium saec. XI ut videtur in Gallia compositum⁴⁾. pars ea quae huc pertinet legitur in his codicibus:

n = Paris. lat. 17903 saec. XIII fol. 72^v (habeo photographa)

p = Paris. lat. 7647 saec. XII—XIII fol. 112^v (sequor photographa)

1) sat vetusto tempore his carminibus collectionem Vergilianam auctam esse vetustas ipsa carminum pro certo comprobatur.

2) v. Sitz.-Ber. 1908, p. 31 3) v. infra p. 17. 4) cf. Sitz.-Ber. 1908, p. 17 ss., 35, 37


H. Bloch, Festin
Styph. Pl. I - Vol 9
1901 p. 279 p.

e = Escorial. Q 1, 14 saec. XIV fol. 95^R (sequor Ellisium, *Journal of Philology* XXII, 1894, 314 ss., XXIII, 1 ss. Aetna p. LXII s.; cuius lectioni ubi non confido appono signum (?))

b = Berolin. lat. Diez B 60 saec. XIV fol. 29^R (sequor photographa)

η = Harleianus 2745 saec. XIV fol. 85^V (mihi descripsit A. E. Housman)

quorum codicum affinitas ita fere depingi potest:



continet autem florilegium versus ex CULICE 62, ex AETNA versus 43, ex CIRI unum. dederat olim etiam aliquot ex CATALEPTON libello versus, ut titulus marginalis in p et e servatus Lucanus in catalecton comprobat. servatos ex ordine hic reddo ut intellegatur quomodo florilegus sententias singulas conexerit et conectendi causa immutaverit.

barbarismos codicum in re orthographica non reddo nisi notabiles.

De beatitudine pauperis uite: Virgilius in Culice

58 O bona pastoris si quis non pauperis usum
mente prius docta fastidiat et probet illis

60 omnia luxurie pravis incognita curis
que lacerant audas inimico pectore mentes

5

v. 1—24 om. η 1 Virg. in c. de b. p. u. b 3 fastidiat npb²,
fastidat eb¹

- si non Assirio fuerint bis lota colore
 Attalicis opibus data uellera. si nitor auri
 sub laqueare domus animum non angit auarum
 65 pictureque decus lapidum nec fulgor in ulla
 cognitus utilitate manet. nec pocula gratum 10
 Alconis referent Boetique toreuma nec Indi
 conchea bacca maris pretio est ac pectore puro
 sepe super tenero prosternit gramine corpus.
 70 florida cum tellus gemmantes picta per herbas
 uere notat dulci distincta coloribus arua 15
 atque illum calamo letum recinente palustri
 otiaque inuidia degentem et fraude remota
 pollentemque sibi uiridi cum palmite lucens
 75 Thmolia pampineo subter coma uelat amictu.
 illi sunt grate rorantes lacte capelle 20
 et nemus et fecunda Pales et uallibus intus
 semper opaca nouis manantia fontibus antra.

Quam feliciter et quiete uiuat in praesenti
 qui contentus est modicis.

- Quis magis optato queat esse beatior euo 25
 80 quam qui mente procul pura sensuque probando
 non auidas agnouit opes nec tristia bella
 nec funesta timet ualide certamina classis
 nec spoliis dum sancta deum fulgentibus ornet
 30 templa nec euectus finem transcendit habendi
 85 aduersum seuis ultro caput hostibus offert.

v. 6—24 om. b 6 bis lota ne, bilota p 9 ulla np, illa
 corr. in ulla e 11 Alconis pe, Altonis n 11 toreuma n,
 thoreuma pe 12 maris pe, manes n 16 recinente pe, re-
 tinente n palustri ne, plaustru corr. in palustri p 17 et np,
 om. e 18 palmite pe, palmide n lucens] luteus p, litteus e,
 luctus n 19 pampineo pe, -nio n uelat ne, uolat corr. in
 uelat p 21 fecunda ne, feconda p 23 Quam p, Item quam n
 24 contentus n, contemptus p 25 optato pebη, om. n 26 om. e
 sensuque npb, sensusque η 27 agnouit npeb, agnoscit η
 28. 29 om. η 29—57 om. b 30 Templa et euectus om. η
 euectus np, euentus e 31—117 om. η

- 89 illi dulcis adest requies et pura uoluptas
 90 libera simplicibus curis. huc imminet omnis
 dirigit huc sensus. hec cura est subdita cordi
 quolibet ut requie et uictu contentus abundet 35
 iocundoque leuet languentia corpora sompno.
 O pecudes o panes et o gratissima tempe
 95 fontis amadriadum quarum non diuite cultu
 emulus Ascreo pastor sibi quisque poeta
 securam placido traducit pectore uitam 40
 dulcibus in studiis baculo dum nixus apricas
 letus agit curas et dum non arte canora
 100 compacta solidum modulatur harundine carmen
 154 quem circa fesse passim cubuere capelle.
 148 his superat gelidis manans e fontibus unda 45
 149 que leuibus placidum riuus sonat orta liquorem
 146 At uolucres patulis residentes dulcia ramis
 147 carmina per uarios edunt resonantia cantus
 150 hinc illi geminas auium uox obstrepit aures
 hinc querulas referunt uoces quis nantia limo 50
 corpora limpha fouet, sonitus alit aeris echo
 argutis et culta fremunt ardore cicadis.
 157 Seu libet ad fontem densa requiescere in umbra
 155 excelsis supra dumis, quos leniter afflans
 156 aura susurrantis possit confundere uenti 55
 159 anxius insidiis nullis et lentus in herbis
 158 concipit hic mitem proiectus membra soporem.
 225 Premia sunt pietatis ubi et pietatis honores

35 requie et *pe*, requiem et *n* contentus *pe*, con-
 temptus *n* 36 iocundoq; *ne*, iocundoq; *p* 43 arundine *ne*,
 harundine *p* 44 circa *pe*, cura *n* fesse *np*, fesse *e*
 45 His *np*, Hiis *e* 46 sonat *ne*, sonet *p* 50 quis nantia *n*,
 qui nautica *pe* 52 culta *np*, cuncta (*e?*) 56 nullis *pe*,
 nullus *corr. in -is n* 57 Concipit *pe*, Concipite *n* membra *n(e?)*,
 umbra *p* 58 pietatis ubi et *np*, ubi pietatis et *b*, deitatis
 ubi et *e* pietatis *ne*, pietatis *corr. in* deitatis *p*, deitatis *b*;
 sed *in e* signis indicatum deitatis et pietatis uocabulis locum
 esse mutandum inter se, id quod Ellis non perspexit

- 226 in uanas abiere uices.
 294 Dignus amor uenia est. 60
 340 Cur aliquis proprie fortune munere diues
 tendit ineuctus celum super: omne propinquo
 frangitur inuidie telo decus.

Epitaphium super culicem.

- 413 Parue culex peudum custos tibi tale merenti 65
 muneris officium uite pro munere reddit.

In Aetna.

Quod iocundum sit scientie, non cupiditati
 operam dare.

- 222 Imensus labor est, sed fertilis idem.
 digna laborantis respondent praemia curis. 70
 228 Scire quot et que sint magno natalia mundo
 229. 226 principia et rerum dubias exquirere causas
 231 solis scire modum et quanto minor orbita lune est
 hec breuior cur bis senos cito peruolet orbes
 annuus ille meet que certo sidera currant 75
 ordine.
 235 Scire vices etiam signorum tradita cura est
 237 nubila cur celo terris denuntiet imbres
 quo iubeat Phebe quo frater palleat igne
 tempora cur uariant anni primaque iuuenta 80
 240 uer estate perit cur estas ipsa senescit
 autumpnoque obrepit hiemps et in orbe recurrit
 axem scire Helices et tristem nosse cometem
 Lucifer unde micet quae Hesperus unde Boetes
 Saturni que stella tenax que Martia pugnax 85

59 uanas *n*, nauas *p*, uarias *be* 62 ineuctus *pe*, inuectis *n*,
 in euentus *b* propinquo *npe*, propinquum *b* 63 telo *npe*,
 celi *b* 64—66 *om. b* 67 in ethna (*ehtna n*) *np*, Virgi-
 lius in ethna *e et b in marg. sup.* 68 *om. b* quod *pn* (*in hoc*
nota rarior), quam *e* v. 71—90 *om. b* 72 et *pe*, *om. n*
 73 est *np*, *om. e* 74 bis *pe*, his *n* 75 que *np*, quod *e*
 79 iubeat *n¹p¹*, cubeat *e*, rubeat *n²p²* 81 ipsa *pen²*, ipse *n¹*
 84 boetes *sic n¹pe*, bootes *n²* 85 Saturni *ne*, Saturi *p¹*

- 245 quo rapiant naute, quo sidere lintea tendant
 scire uias maris et celi praedicere cursus
 quo uolet Orion quo incubet index
 et quaecunq̄ iacent tanto miracula mundo
 non digesta pati nec aceruo condita rerum 90
 250 sed manifesta notis certa disponere sede
 singula diuina est animi ac iocunda uoluntas.
 224 Non oculis solum pecudum miranda uidere
 225 more nec effusis in humum graue pascere corpus.

Conquestio quod maiorem demus operam 95
 augende pecunie quam scientie.

- 258 Torquemur miseri in paruis premimurque labore
 262 ut sese pretio redimant uerumque professe
 263 turpe silent artes uiles inopesque relicte
 261 torquentur flamma terre ferroque domantur 100
 259 scrutamur rimas et uertimus omne profundum
 260 semen ut argenti queratur et aurea uena
 264 noctes atque dies festinant arua coloni
 265 callent rure manus glebarum expellimur usu
 fertilis hec segetique feracior altera uiti 105
 hec platanis humus hec herbis dignissima tellus
 hec dura et melior pecori silisque fidelis
 aridiora tenent oleae succosior ulmis

88 nolet *ne*, uolat *p* inter quo et incubet spatium vacu-
 om relictum in *npe* incubet *pe*, -at *n* 89. 90 ordinant *pe*,
 90. 89 *n* 89 quaecunq̄ *n*, quoc- *pe* 91 Sed manifesta
 (-ata *p*) *npe*, Magni festa (*sine* sed) *b* 92 diuina *npbe*,
 diuini *n²b²* iocunda *neb*, ioconda *p* uoluntas *sic npeb*
 93-96 *om. b* 94 effusis *pen²*, -sus *n¹* 97 Torquemur *pe*,
 Torquamur *n* in paruis *npb*, in primis *e* -que *npe*, *om. b¹*
 98. 99 *om. b* pretio *ne*, *p̄/cio* (*erasa s*) *p* uerumque *np*,
 rerumque *e* 101 Scrutamur *neb*, Scrutamur *p¹* uertimus
npe, -mur *b* 102 et *neb*, ut *p* 103-108 *om. b* 103 dies
ne, *om. p* (*unde* ad quae festinent coniecit *p²*) 107 melior *ne*,
 molior *p¹* pecori *ne*, pecorum *p¹* 108 ulmis *ne*, † annis
vel simile scripserat p¹, post deleuit et ulmis adiecit

- 270 grata. leues cruciant animos et corpora cause
 horrea uti saturent tumeant et dolia musto 110
 plenaque desecto surgant fenilia campo.
 633 O maxima rerum
 et merito pietas homini tutissima virtus.

In Ciri

- 339 Nichil est quod textitur ordine longum. 115

De laude Pisonis non tantum genere clari
 sed etiam virtute multiplici. eqs.

ex plenis Culicis codicibus primum locum obtinet
 Γ Romanus in bibliotheca Corsini 43 F 5 (olim 64) perg.
 saec. XIV—XV, repertus a R. Ellis, descriptus a me
 Sitz.-Ber. 1908 p. 27. collectaneum est humanistae cuius-
 dam, in quod ex codice optimo et vetusto recepit CVLICEM,
 ex fonte iam sat corrupto coepit describere AETNAM, sed
 post v. 6 substitit. utor photographis.

V sequitur Vaticanus lat. 2759 perg. saec. XIII
 inventus a G. Curcio, descriptus a me Sitz.-Ber. 1908
 p. 28. continet maiora Vergili opera. inter Georgica et
 Aeneida leguntur Priapeum Tibulli et CVLEX, post Aeneida
 COPA, Ausoniana, MORETVM. Culex originem ducit a co-
 dice aequae bono ac fons Corsiniani, sed aliquando licen-
 tissime interpolatus est, ut tamen non omnem sinceritatem
 exuerit. Copa Moretumque pertinent ad stirpem L neque
 ullius sunt preti. photographa apud me sunt.

S fragmentum Stabulense Paris. lat. 17177 perg. saec.
 X—XI fol. 96—103, reliquiae pulcri magnique Vergili,

109 Grata om. b cause npb, sause e 110 dolia peb,
 dolea n¹ 111 desecto ne, defecto pb surgant peb, fumant n
 112. 113 solus habet n, om. peb 114 hunc titulum depravatam
 in In cruri solus servavit n, tamen ibi etiam derepsit in initium
 versus 116 115 quasi primus carminis de laude Pisonis nume-
 ratur in npb, de e mihi non constat 116s. om. p; praemittit
 Lucanus b, post multiplici idem nomen, fortasse ex In cruri corrup-
 tum, addit e; Lucanus in catalecton marginibus inscripserunt pe

in quo Aeneida ut videtur sequebantur carmina minora; plenam descriptionem foliorum quae hodie non recte ordinata et partim lacera detritaue sunt v. Sitz.-Ber. 1908 p. 28—31. inde non repeto nisi necessaria. servata sunt haec:

- fol. 99^R pagina admodum detrита et lectu difficilis*
 Col. I *CULEX* 167—207 *decisae denae primae litterae*
 Col. II *Culex* 208—248
- fol. 99^V pagina bene legitur*
 Col. I *Culex* 249—289 *decisae initiales*
 Col. II *Culex* 290—330
- fol. 101^R satis bene legitur*
 Col. I *Culex* 331—371
 Col. II „ 372—*finem: extant solae primae octonae vel denae litterae*
- fol. 101^V bene legitur*
 Col. I *DIRAE* 1—45, *sed tota fere columna adeo abscisa est ut non extent nisi fere viginti versuum fines*
 Col. II *Dirae* 46—90
- fol. 102^V pagina passim detrита et squaloribus maculata, tamen pleraque leguntur*
 Col. I *Dirae* 91—*finem, LYDIA* 8—39 (*praeteriti* 1—7)
 Col. II *Lydia* 40—*finem, 4 versus vacui*
- fol. 102^R bene legitur*
 Col. I *COPA*, 4 *versus vacui*
 Col. II *De rosis* 1—46
- fol. 103^R bene legitur*
 Col. I *De rosis* 47—*finem, MORETVM* 1—39; *decisae initiales et hic illic littera versus secunda*
 Col. II *Moretum* 40—84

fol. 103^v bene legitur

Col. I Moretum 85—finem; 4 versus vacui

Col. II De est et non, De viro bono 1—21

fol. 100^R optime legitur

Col. I De viro bono 22—finem, AETNA 1—37

Col. II Aetna 38—81

fol. 100^v praeter pauca bene legitur

Col. I Aetna 82—126

Col. II „ 127—170

fol. 98^v valde detrita, tamen fere omnia leguntur

Col. I Aetna 171—213; decisis 214, item decisa fere denae vel duodenae primae litterae

Col. II Aetna 215—258, post quem decisis 262

fol. 98^R bene legitur; ultimus quisque versus dimidiatus forfice.

Col. I Aetna 263—303

Col. II „ 304—346; ultimae octonae vel denae litterae abscisae

ambigua lectu contuli Parisiis, cetera do ex photographis.

v. p. 38
F codex Fiechtianus, nunc Mellicensis cim. 2 perg. saec. X—XI, descripsi cum cura Sitz-Ber. 1908 p. 31—34. erat plenus Vergilius: quae Aeneida sequuntur carmina minor, ex variis fontibus congesta sunt: I MORETVM: II ELEGIA in Maec. 1, 1—25; III CVLEX (perierunt duo folia cum versibus 76—152 et 230—306), DIRAE cum LYDIA (periit folium in quo legebantur Dirae 46—103. Lydia 1—19), COPA 1—14. mihi praesto sunt photographa a P. Dr. H. Haas benigne comparata.

C codex olim ut videtur coenobii Hyde Abbey Winchester, nunc universitatis Cambridge Kk V.34 n.2076 perg. saec. X, descriptus a me Sitz-Ber. 1908 p. 34 s. collectaneum est nunc admodum deminutum: habet ex Vergilianis CVLCEM et AETNAM, quae utrum ex eodem codice Vergiliano desumpta sint necne non constat, certe poetae verba in utroque carmina iam sat depravata sunt. adhibui photographa.

ultimus non aetate, sed pretio fons est collectio Vergilianorum a quodam Carolino recensita, quam L littera L designo, licet certum sit nomen P. Virgilii iuvenalis ludi libellus male a philologis toti editioni inditum esse, pertinere ad solum Culicem. egi de hac recensione fuse lateque Sitz.-Ber. 1908; videtur orta esse nono saeculo in regione Fuldensi vel vicina. continebat praeter parva carmina de Vergilio vitam 'Bernensem' CULICEM, DIRAS cum LYDIA, COPAM, carmina Ausonii 'de est et non', 'de institutione viri boni', 'de rosis nascentibus', MORETVM. recuperamus hodie verba qualia legebat vel edebat recensitor Carolinus ex codicibus his sat vetustis:

W = Trier, bibl. urb. 1086 saec. IX—X

B = Bembinus, Vat. lat. 3252 saec. IX—X

E = Paris. lat. 8093 fol. 60—68 saec. X, *Culicem praebens*

€ = Paris. lat. 8093 fol. 69—76 saec. IX—X, *continet Diras inde a v. 33, Lydiam, Copam, Ausoniana, Moretum*

A = Paris. lat. 7927 saec. X

T = Paris. lat. 8069 saec. XI

hos omnes descripsi Sitz.-Ber. 1908 p. 6—12 et contextum communem restitui p. 62—79 ad photographa quae domi habeo. ideo in hac editione omisi errores singulorum ex hac classe codicum nisi ubi ex re videbatur addere. novimus etiam alios eiusdem originis codices: Petavianum nunc praeter lectiones ab Heinsio excerptas deperditum, recentiores aliquot, florilegium denique, in quod non pauci ex L versus recepti sunt; de quibus qui volet plura compere, inspiciat quaeso Sitz.-Ber. 1908 p. 13 sqq. ad recensenda carmina hi omnes libri opus non sunt.¹⁾

1) tamen ut aliorum operae parcam in appendice p. 37 ss. composui praeter florilegia codices recentiores qui carmina appendicis Vergilianae quae dicitur continent.

item praetermittere possumus in Culice Diris Lydia Copa Moreto recentiores codices, qui in Ciri Cataleptis Aetna Elegiis in Maecenatem omnino adhibendi sunt, cum ex gr. magna pars Ciris epyllii solos hos hodie habeat praedes. in Culice autem eiusque comitibus sufficit memoria vetustiorum nisi quod hic illic probae correctiones ex Helmstadiensi, Parisino lat. 8207 aliis referendae erunt. codicem Vossianum oct. 81 saec. XV, cui Baehrensianus non sine aliquo iure tamen nimium confidebat, nunc constat descriptum esse ex V (Vat. lat. 2759): cf. Sitz-Ber. 1908 p. 36 adnot. 1.

stemma quo affinitas codicum sub oculos ponatur delineandum curavi in fronte Culicis.

in DIRIS LYDIA COPA ex Culicis codicibus adsunt SFL, accedit M.

- M M exemplar fere Xⁱ saeculi restituitur ex gemellis codicibus Monacensibus m et n¹), quos descripsi Sitz-Ber. 1908 p. 48—50. m dico cum Baehrensio Monac. lat. 305 saec. XI—XII, in quo post Aeneida exstant Moretum, Maecenas, Dirae, Lydia Tibulli priapeum 2, n¹ Copa. eadem carmina eodem ordine praebet Monac. lat. 18059 saec. XI neque contextus discrepat a m nisi in minimis. ipse excussi et photographa contuli.

M sui iuris est, quamquam cum SFL ad eundem archetypon redit; uterque traditionis ramus corruptelis et interpolationibus propriis pessum datus est.

ex recentioribus codicibus etiam in his carminibus sufficit singulis aliquot correctiones adferre, imprimis ex Helmstadiensi, Parisino lat. 8207, Vossiano 81, Vaticano Vrb. 350.

1) quem Baehrensianus addiderat o = Monac. lat. 21562 (W apud Ribbeckium) apographon non fidele est codicis m, v. Sitz-Ber. 1908 p. 48 adnot. 1.

MORETI condicio aliquanto melior est quam Dirarum Copaeve, quia praeter M codices subveniunt cognati aliquot eiusdem classis, FPDR. scilicet in Moreto F non eandem memoriam sequitur ea qua dedit Culicem eiusque consortes. P autem nobis est Paris. lat. 16236 saec. X, P magnus Vergilius, in quo Aeneida excipiunt Moretum et Eleg. in Maec. 1, 1—43; v. Sitz.-Ber. 1908 p. 13 s. photographa habeo. solum Moretum dant D Paris. lat. D 7930 saec. XI post Aeneida et carmina de Vergilio, item R, R cod. Vindob. lat. 134 saec. XI—XII, hic ante opus Pseudo-Macri de herbis: etiam horum photographa mihi procuravi. descripsi codices Sitz.-Ber. 1908 p. 54 s. in Moreto igitur duae classes inter se oppositae sunt FPDRM et SL, quarum utraque proprias virtutes et vitia praebet.

pessime omnium carminum Vergilianorum CIRIS tradita est et spes novos codices inveniendi me ut alios fefellit. namque in parte maiore i. per versus 1—453 praesto est solus Z liber interpolatus, quem ex iisdem codicibus saec. Z XV restituumus quos in carminibus prioribus sprevimus. horum optimus est cod. Helmstadiensis 332, nunc in urbe H Wolfenbüttel, scriptus anno 1454 ab Henrico quodam Hopf. liber, quem cum cura descripsit Ribbeck, Vergilius IV¹ p. 25 s. (cf. etiam Baehrens PLM II p. 16) et Dziatzko (apud Leonem p. 20), praebet post Bucolica et Georgica tria Ausoniana, Culicem Diras Lydiam Moretum, Copam, elegias in Maecenatem, Aetnam, Cirin Priapea Catalepton, sequitur cum variis carminibus minoribus Aeneis.¹) plena igitur inest collectio Vergilianorum, quae

1) de re orthographica in H aliqua adnotare e re videtur. germanica librarii origo inde illustratur quod saepe pro gu scriptum est gw ut in sangwis sim. saepe peccatur in geminatione: ut pupis, oculus, adixi ita legimus etiam qualia arrida buccina multum Nissus. ad aspirationem compara astrae Aetna 145 pro abstrahe, hic igitur Aetna 95 pro incingitur, peraustis similia cum perhenni et Horis pro oris. sat antiqua videntur

tamen non unius est proventus, sed ut prioris partis ordo et Ausoniana addita demonstrant, postea ex minimum duabus partibus recomposita est. hanc genesis altius explorare nunc non attinet; addendum potius codicem castigatum esse a manu altera fere aequali, partim ad alium codicem (versus enim toti aliquot suppleti sunt), plurimum tamen ex ingenio legentis, quae correctiones est ubi verum restituerint. corrigendo factum est ut codex a prima manu splendide scriptus haud raro difficillimus lectu sit: multo diligentius quam Ribbeckius contulerat Baehrens, in Ciri aliqua melius legit Fr. Leo (*De Ciri carmine coniectanea Gottingae* 1902 p. 19—22); ego photographa fol. 76^v—108^r emi et saepe versavi.

artissime cognatus cum H fuit is codex, unde Pomponius Laetus descripsit L codicem Vat. lat. 3255 saec. XV, quem descripsit Ribbeckius *Verg.*¹ p. 37 (cf. Baehrens *PLM* II p. 18 Curcio *PLM* II 2 p. X). Laetus autem nec nactus est purum exemplar, immo admodum interpolatum, et ipse novas introduxit interpolationes non paucas. tamen codice omnino carere non possumus. sequor photographa fol. 56^r—67^v, quae mihi procuravit E. A. Loew.

longius ab H et L recessit pater codicum A et R, liber quidem a parte mendorum et interpolationum horum librorum, at sat multis propriis depravatus. A est cod. musei Britannici Arundelianus 133, olim 'Bilibaldi Pirckheimer', saec. XV, descriptus a Baehrensi *PLM* II p. 17, ab eodem male, ab Ellisio etiam neglegentius collatus. in Ciri animadvertendum quod manus quaedam altera

oustant Aetna 183 et turuo 495 i. u pro b posita. magis singularia talia: nephas, phas, phehor pro vehor (*Ciris* 75. 271. 384), sat crebra Facibus pro Vatribus Aetna 75, fide pro vide 506, fulgo pro vulgo *Ciris* 64 et contraria ut Vere pro Ferre Aetna 185, ueracior pro fer- 266, uigilos pro figulos 517, uenicis pro phoenicis *Ciris* 220. talia interdum iam in Z lecta esse probatur scripturis codd. A et R: uoramini; pro for- A Aetna 567, nephas saepius in R, phamae R Aetna 74; nota etiam cohit pro coit in R Aetna 110.

saepissime adscripsit correctiones vel potius interpolationes ex ipso illo exemplari corrupto quod Laetus descripsit et ex suo ingenio porro depravavit. mihi praesto sunt photographa fol. 89^R—97^R, 100^V—103^R. alter huius stirpis liber est R, Rhedigeranus bibl. urb. Vratislavenensis 125^R saec. XV. descripsit Ribbeckius Verg.¹ p. 26 s. (cf. R. Peiper, Zeitschr. f. d. Gymn.-Wesen 22 NF II 1868 p. 770 ss., Baehrens PLM II p. 17, Ellis, Journal of Philology XX 1892, 207. 223 Aetna p. XIII). apud me habeo photographa fol. 88^V—117^R, 127^V—134^R (errores in numeris apud Ribbeckium leguntur).

ceteri codices recentiores, dico Vat. Urb. 353 saec. XV, Romanum in palatio Chigi, Neapolitanum mus. Borb. 207, nedum Voss. lat. fol. 78, Adalbertinum Vratislaviensem a. 1516, Basileensem, Romanum bibliothecae Corsini 43 F III 21 — hi omnes quam maxime interpolati partimque ex libris impressis descripti nihil nos adiuvant ad sinceram fidem memoriae restituendam.

inde a versu 454 demum auxilio venit bonus liber saec. XII ineuntis cod. Bruxellensis 10615—10729, quem B in Ciri et libello Catalepton primus adhibuit M. Haupt (cf. opusc. III 76 ss., II 148 ss.), descripserunt Ribbeck Verg. IV¹ p. 36; Baehrens PLM II p. 13 s., optime L. Traube PAK III p. 152 (cf. Mon. Germ. auct. antiq. XIV p. XI; Thomas, catal. des manuscrits de class. lat. de la Bibl. royale de Bruxelles Gand 1896 p. 71 ss.). praebet in ea parte quae huc pertinet (10675—6) CIRIS v. 454—541, praemissa adnotatione <Q>uod in uirgilio S. Euch(arii) deest in libro cirris hic est, qua comperimus priorem partem Ciris tunc temporis etiam existisse in monasterio Trevirensi S. Eucharii vel Matthiae, ut fere inde ab anno 1150 nominabatur. apparet igitur hoc tempore in hac regione Gallica superas plenum appendicis Vergilianae exemplar. sequuntur PRIAPEA Vergili, libellus CATALEPTON, Priapeum Quid hoc novi est Tibulli

minibus Vergilianis B purissimum verae memoriae fontem se praestat. ipse codicem pretiosum Bruxellis contuli et nunc apud me habeo photographa fol. 71^v—73^v. scriptura nitidissima unaquaque pagina duos continet ordines versuum septuagenorum, manus correctrix est rubricatoris, qui ipsum exemplar inspiciebat, unde etiam versus a B¹ omissos supplevit.

in libellis PRIAPEORVM et CATALEPTON ut vidimus dux Z princeps est B¹), accedit Z, restituendus ex isdem HAR, quos in Ciri tractavimus; in L haec carmina non exstant. cuius in partes Baehrensius advocaverat Monacensem lat. 18895 chart., scriptum a. 1452, qui quamquam ex H descriptus non est, namque duobus annis est antiquior, tamen idem cum H exemplar reddit nullo proprio bono praeditus, immo novis vitis depravatus, ut, postquam mihi diligentissime contulit Cornelia Coulter, animum non induxerim lectiones in apparatu referre. item sprevi Vaticanum Urb. 353 (lectiones dederunt Curcio PLM II 1 et Ellis in editione), Vossianum fol. 78 chart. saec. XV, codicem deperditum, quem Vossianum F dixit Naekius (Val. Cato p. 347; cf. Ribbeck, Verg. IV¹ p. 31), Ambrosianum O 74 sup. saec. XV (adhibuit Ellis in editione).

per ELEGIAS IN MAECENATEM non tanto quanto in Ciri Cataleptonque libello B superat ceteros testes, tamen etiam hic unus stat contra omnes, nisi quod in initio carminis primi succurrunt duo codices vetustiores P et F. namque P 1, 1—43 extant in P i. in codice Paris. lat. 16236 (Sorb. 511) saec. X (vide supra p. 15), 1, 1—25 autem

1) B quamquam novellis philologis fere anno 1840 demum innotuit, tamen iam Italica praesto fuisse videtur, namque editio Aldina a. 1517 praebet v. Catalepton 9, 33 integrum, quem praeter initialem R. omisit Z.

manus recentior saec. fere XI inseruit in Vergilio Fiechtiano, de quo vide supra p. 12. cum his co-
 dicibus servatis optime concinit S, Scaligeri 'vetus mem-
 brana' iam deperdita, ex qua ille in editione appendicis
 clarissima haud paucas affert lectiones. diversae ab hac
 classe propaginis sunt Z, codex restituendus ex HAR Z
 (v. ad Cirin p. 15s.), deinde M (v. ad Diras p. 14), tum M
 V i. Vossianus lat. oct. 81 saec. XV; quem ipse demum V
 contuli. huic Vossiano addididem lectiones trium codi-
 cum saec. XV Vossiani lat. oct. 96 chartacei, Vaticani
 lat. 3269 chartacei, Gottingensis Philol. 116 (Koehleriani),
 si aliquantulum modo conferrent ad melius cognoscendam
 memoriam. talis spes mota est quod in fine elegiarum
 hic libri subscribunt: finit elegia (uirgilio maronis in
 mecenatem add. Voss.). inuenta ab Henoc (enoc Vat.)
 in dacia Voss. Vat., Finis elegiae ab Enoc in Datia
 repertae Gotting. de qua re nunc audiendus R. Sabbadini,
 le scoperte dei codici latini e greci ne' secolu XIV
 e XV, Florentiae 1905 p. 140 ss., et legenda studia
 eiusdem enumerata ibidem p. 142 not. 19; cf. praeterea
 quae de Oreste fabula ab Enoch inventa disputavi Mon.
 Germ. auct. antiq. XIV p. XXXII not. 2. ut non opus
 erit credere, hos tres codices ex ipso libro ab Enocho in-
 vento descriptos esse (cf. quae de re simili dixi Hermes
 38, 1903, p. 138), ita tamen nulla causa subest cur de
 repertis ab Enocho carminibus dubitemus. atque deinde
 factum erit idem quod in Stati silvis factum est, ut aliquis
 doctus in suo codice adnotaret repertum Enochii¹⁾, apo-
 grapha autem huius libri etiam hanc adnotationem re-
 peterent.

multo magis abiciendi alii codices recentes, Vat. lat.
 3255 a Pomponio Laeto scriptus (v. ad Cirin p. 16),

1) cf. adnotationem de XII fabulis Plautinis in codice Es-
 curialensi (Hartel-Löwe bibl. patr. Lat. Hisp. I p. 243) mea
 aetate inventae.

Phillippicus 7283 saec. XV (cf. H. Schenkl, bibl. Brit. V p. 14; Ellis, in editione), codex 'Petri Servii medici' Romani, quo olim usus est Heinsius (inde recepit Ribbeckius in Verg. IV¹), nunc Bodl. Auct. F 4, 28 (Madan, catal. cod. occid. n. 8863) chart. saec. XV (lectiones nunc in Ellisii editione).

periculosae plenum opus acae est AETNAE carminis verba restituere, quae librarii rerum tractarum non gnari et socordes admodum corrumpere. atque sane de gravissima aliqua parte carminis omnino desperandum esset, nisi Fortunae dono singulari succurrerent lectiones excerptae ex codice Gyraldino Florentino.

G mira revera sunt fata harum lectionum.¹⁾ redit memoria ad N. Heinsium, qui inscripsit alteri²⁾ exemplari suo epigrammatum Pithoei (Paris 1590) in pagina post libri titulum: In Aetna V significat cod. Florentinum, quem inde habuit Ernstius, nempe solum partem illam.³⁾ atque Ernstius dici videtur Henricus Ernst (1603—1665), qui anno 1641 catalogum publicavit codicum Laurentianorum. partem illam autem non est dubium quin indicet Aetnae versus 138 Intercepta licet usque ad 287 uentis, ad quos pertinent hae lectiones. quod exemplar

1) enarravere E. Bachrens PLM II p. 6 ss. et fusius P. Wagler, Berlin. Stud. f. klass. Philologie I 1884 p. 504 ss. R. Ellis, Aetna prolog. p. LXIV ss.

2) nam duo Pithoeana exemplaria possedisse notisque variis ampliasset Heinsium testatur P. Burmannus secundus in praefatione Anthologiae Latinae (I p. 53): 'Horum . . . excerpta adscripserat Heinsius duobus Parisinae Pithoei editionis exemplaribus, quae a Patruo meo cum reliquis Heinsii subsidiis jam olim mihi largita, non tantum his codicum vetustorum variantibus lectionibus, sed et ingeniosi Critici summi conjecturis tam ad Epigrammata quam reliqua Poematia majora a Pithoeo edita ubique referta sunt.' similia idem in exemplari Leidensi post indicem: 'H. Heinsii notata ex binis eius exemplaribus, quae sunt penes Vener. Patrum.' cf. etiam Naeke, Val. Cato p. 430.

3) cf. Matthiae l. l. p. 313 s.

Heinsii periisse videtur,¹⁾ *lectiones autem Florentinas cum doctis communicavit, postquam iam Heinsius ipse variis locis ad Claudianum singulas protulit itemque ad Ov. met. Burmannus senior, Joh. Christian Cramer in Actis societatis Latinae Ienensis vol. V (a. 1756) p. 3—6 sub titulo 'Ad epigrammata et poemata vet. Συλλογή variantium lectionum e codicibus Florentino, Suecico et S. Galli. I Lectiones codicis Florentini in Cornelii Severi Aetna', Cramerii autem relationem ex eodem ut videtur fonte i. ex Heinsii Pithoeana correxit auxitque F. C. Matthiae in libro 'Neue Bibliothek der schönen Wissenschaften und freien Künste. Bd. 59 (Leipzig 1797)' p. 311—327. ex Cramerii autem et Matthiae tractatibus hauserunt quae de G protulerunt Wernsdorff*

1) *Walchius in praef. Act. soc. Lat. Jen. V p. a 5 narrat, lectiones Florentinae scriptae illae ad marginem editionis cuiusdam horum poematum fuere a celebri critico in Gallia, post cuius fata suprema in manus viri cel. IO. CHRIST. STRODTMANNI inciderunt hieque eas societatis bibliothecae consecravit. Matthiaeus autem (l. l. p. 313) dicit: 'Ich schöpfte . . . diese merkwürdige Variantensammlung aus einer weit reichlicheren und reineren Quelle (scil. quam ex Cramerii tractatu), nämlich vom Rande eines jetzt vermuthlich in der Göttingischen Universitätsbibliothek befindlichen Exemplar des Pithoeus, Paris 1590, 12., welches mir der seel. D. Kulenkamp mittheilte. . . (p. 314) . . . so darf man das von mir gebrauchte Exemplar wohl mit einigem Grunde für eins jener beiden durch Heinsius mit Lesarten bereicherten halten, besonders da der seel. Kulenkamp (wiewohl er sich dessen nicht ganz genau mehr erinnerte) es aus der Auction des jüngeren Burmann erstanden zu haben glaubte'. quod exemplar ut indagarem varia temptavi nec tamen repperi. roganti mihi respondit J. Reicke, bybliothecarius Göttingensis, libros Lüdersi Kulenkamp a. 1796 venum iisse atque exemplar Heinsianum teste catalogo qui servatur Göttingae emptum esse a professore Mitscherlich († 1854), quo autem ex eius bybliotheca translatum sit compertum non haberi. neque Georgio Götz qui mea causa benigne inquirebat melius res cessit. denique ex rescripto instituti Berolinensis quo iuvante per Germaniam libri conquiri possunt patuit, in ulla bybliotheca Germaniae publica non exstare exemplar hoc pretiosum.*

Jacob Munro Baehrens Ellis; utili conspectu composita habes omnia in Ellisii Aetna p. LXXII—LXXV.¹⁾ atque laudandi quidem sunt et Cramerus²⁾ et Matthiaeus in universum ob diligentiam quam in referendis adnotationibus Heinsianis praestiterunt, tamen haud pauca peccaverunt vel omiserunt, quare cavendum ne iis ad litteram fidem habeas: neque raro cum lectionibus Florentinis permiscuerunt³⁾ verba qualia in Pithoecana legebantur ab Heinsio non correcta. hodie autem multorum in scriptoribus variis erroribus cauti perdidicimus collationibus veterum philologorum non adeo fidem esse habendam ut etiam silentium conlatoris pro testimonio disertio accipiamus.

quod ita de Crameri Matthiaeque relationibus iudicium ferre possumus Ludovico Alzinger⁴⁾ debemus, cui id quidem non magis quam mihi contigit ut ipsum Heinsii exemplar reperiret, quo Cramerus Matthiaeusque adhuc usi sunt, qui tamen tertium editionis Pithoecanae exemplar⁵⁾ indagavit, a Petris Burmannis possessum, in quo Petrus unior ex illis duobus Heinsianis adnotationes ad Florentinum spectantes repetiverat. summum autem huius libri, quem liberalitate praefecti bybliothecae Leidensis tramissum ipse excussi, pretium in ea re consistit quod Burmannus ad litteras et puncta usque depinxit quae Heinsius ex codice adnotaverat. Heinsius enim non

1) tamen Ellis omisit apponere lectiones editionis Pithoecanae, qua in re Crameri diligentiam sequi debuit. 2) hic etiam ea de causa laude dignum quod adscripsit 'vulgatas' lectiones i. editionis Pithoecanae, quamquam in his quoque sunt quas non sat diligenter attulerit. 3) nonnullas etiam ex Florentino lectiones omiserunt aut corruerunt, quas nunc enumerare longum est; gravissimus error quod non rettulerunt versum 186 post 195 non repeti in G. 4) L. Alzinger, Neues handschriftliches Material zur Aetna, Blätter für das (bayer.) Gymnasial-Schulwesen 35, 1899, 269—275. 5) quamquam non est prima editio anni 1590 Parisina, sed repetita a. 1619 Genevae apud Jacobum Chouet.

semper plenas ex Florentino lectiones adscripserat sed saepius sat habuerat singulas litteras vel syllabas impressas linea subducta distinguere et pro eis in margine indicare quae in Florentino legebantur: in quibus omnibus diligenter eum secutus imitatusquè est Burmannus et poterat, quia editio Chouetiana ad litteram reddebat Pithoei primariam, nisi quod in versu 247 recte editum est a. 1590 Seirius, a. 1619 male Syrius. ita intellegitur cur nobis hodie Crameri Matthiaeque relationes hic illic corrigere et explere liceat. quin res eo adducta est ut has relationes paene omnino praetermittere ius fasque sit et ex Burmanni exemplari solo repetere quae ex codice Florentino sciri possunt.¹⁾

servatur autem exemplar illud Burmannianum editionis Genevensis a. 1619 in bybliotheca universitatis Leidensis (B 17.754), repletum copiosissimis adnotationibus utriusque Burmanni in ipsis editionis paginis et in foliis suppletis et intersertis. tali in folio post p. 191 legimus a manu Petri secundi repetitum: (SEVERI AETNA) in veterrimo

1) perpaucis locis humani aliquid accidisse opinor Burmanno item ut in referendis Vossiani lectionibus interdum erravit. non id dico quod in orthographicis ut de ae vel e, causa vel causa incuriosius egisse videtur, sed quod hic illic signum V, quo secundum Heinsium lectiones Florentinas distinguebat, omisisset aut cum aliorum codicum signis commutasse videtur. velut iure miramur quod signis numerisque versus 259—261, qui in Pithoana ut in CSZ male post v. 279 (Non subito) legebantur, suo post v. 258 loco reddidit nec tamen indicavit qua fide hunc ordinem restitueret. plane non intellegitur quo iure ad versum 221, ubi verbis editionis cohibetur inest in margine adscripserat bent iners V, superaddiderit venit ad vires V, quod nemo credit infuisse in Florentino: opinor Burmannum pro V scribere debuisse H, quo signo Heinsii coniecturas indicare solet. ut mittam leviora (de lectionibus Vossiani 78 v. infra p. 24), recte puto Cramerum ex ipso Heinsiano exemplari rettulisse lectionem ora ut codicis G, cum Burmannus subtilis verbis Pithoanae summis ... oris in margine laevo adnotaverit subitis oris V (oris autem, praeterea summis legitur in Vossiano).

codice post Claudiani poemata legi testis Lylius Gyraldus, cuius codicis apographum exstat in Medicea Bibliotheca, ex quo haec depromsimus. N. Heins. *deinde p. 196 ad versum 137 (= 138 apud me) scriptum est: V denotat varias codicis Medicei lectiones, quae hinc incipiebant in Heinsii libro, qui de hoc codice sequentia initio huius poematis adnotaverat: In veterrimo — depromsimus. praeter has lectiones Mediceas signo V distinctas margini asperserat Burmannus variantes codicis Cantabrigiensis (C) secundum apographon non ubique fidele Davisii (usque ad versum 560) et Dorvillii, denotatas littera L, et lectiones codicis Vossiani fol. 78, insignitas litteris Voss. vel etiam V, quae littera quia errores procreare poterat, monuit ipse Burmannus p. 196: non confundendae cum his (i. Medicei lectionibus) lectiones V notatae in seqq. quae ex cod. Vossiano textus vocibus superscriptae. huic admonitioni ne deessem, contuli codicem Vossianum (X Ribbeckii) in hac parte, quamquam ei qui codicum memoriam novit raro dubitatio oriri potest, utrum aliqua lectio ex Florentino an ex Vossiano codice fluxerit.¹⁾ in versibus autem 272—287 addidit idem etiam lectiones codicis Laurentiani plut. 33, 9, de quibus haec adnotat: VC. Fragmentum ex V. C. Mediceo, cuius variantes in altero exemplari adscripserat Heinsius. hae ut res ferebat debebant semper concinere cum V lectionibus et plerumque adscripsit Burmannus VC V, est tamen ubi omiserit alterius utrius consensum testari.*

codex enim Laurentianus plut. 33, 9, quem male 'vetustum codicem' dixit Heinsius, hodie extat; cf. Bandini catal. II p. 96, Birt, Claudiani praef. p. LXXXIVs.:

1) anceps iudicium de his lectionibus: 148 mouent, 198 quis, 216 auxilium, 266 uiti, quibus Burmannus quidem V suum adscripsit, quae tamen item leguntur in Vossiano. quod seruent v. 284 exstat etiam in Vossiano, ea re testimonium de G non debilitatur.

sunt folia papyracea scripta saec. XV^o adiuncta editioni Claudiani (Vincentiae 1482), cuius primum folium (numeratum 102) duabus columnis scriptum initio praebet hos 16 versus. codicem aliquando maiorem partem Aetnae carminis continuisse nulla re probatur. ego non denuo inspexi, cum apographa Rostagnii (impressum apud Alzingerum p. 273) et P. Ehrlei (impressum apud Ellisium p. 134) satis certa de lectionibus doceant nec discrepent quae Burmannus cum nota VC affert.

non idem valet de lectionibus V; namque in iis publicandis ne Alzingerus quidem satis cavet ne lectiones editionis Pithoecanae cum Florentini commisceret atque etiam in aliis decipi se passus est. repeto autem in his veterum collationibus pro certo accipi non licere nisi quae disertis verbis a collatore prolata sint.

ideo facere non possum quin accuratum adponam conspectum earum lectionum quas Burmannus ex Florentino (V) repetivit, omissis excerptis L (ex Cantabrigiensi) et ceteris variis adnotationibus. praemitto unicuique lectioni verba editionis Chouetanae ad quae pertinet, in quibus litteras a Burmanno linea subducta distinctas formis pinguioribus imprimendas curo. ubi lectio littera V ornata concinit cum Vossiano fol. 78, addo: (= Voss.) versus numero ex ordine editionis meae.

138 leges] licet V densaeque abscondita nocti]
a V te V 139 Prospectare procul Chaos, ac sine
fine ruinae] & V uastum V in margine incertum an
ex conjectura H & V nas V 141 demissis pedibus]
demersas penitus V latebras] ris V 142 operum]
aeri V infuit intra] effugit ultra V 145 adstrue]
abstrahere V 147 uectus saeuior] ventis segnior V
148 mouens] vent V (= Voss.) 150 rigidos] rivos V
151 flamma auertit] flammaeve ruit V 152 secat
qua uisa] cant V quae caussa V 153 hiatu] hiantes V
155 solidoque instaret inani] solido si staret in omni V
157 confestim mobilis] conferta immobilis V 158 con-

*J. Alzinger
Aetna p. 18*

credere] crescere *V* 159 **summis** alimentum uiribus
oris] subitis oris *V* (summis a. v. oris *Voss.*) 160 **ualida]**
 patula *V* ualidosque recessus] vastosque *V* 161 **Fallere**
sed] ris & *V* tibi certa haec lumine recto] certo tibi
 lumine res est *V* 162 Nanque illud quodecunq;
 uacat specus omnis hiatu] haec ita leguntur in Mediceo,
 Namq; illis quaecumq; vacant hiatibus omnis 163 **Et**
res] sese *V* 164 **Conuersae]** ceptae *V* 165 ubi
 contineat] qui te *V* uentos **qua quique]** aquasq;
V (potest tamen ita accipi, *V* habuisse qua quasque)
 166 desint] defit *V* cessat] sant *V* 167 **Explicat**
 erranteis, & in ipso †limine tardat *et in marg. varia*
lectio limite tardant] limite *V* trudunt *V* 168 tur-
 bare in faucibus illos. Feruet opus: densique fremunt]
 turbanti faucibus. illo Ferv. op. densaq; premit *V*
 170 Hinc furtim Borea atque Noto: nunc unus uterque]
 Nunc Euri Boreaeq; Notus nunc hujus uterq; est *V*
 172 solo] li *V* 174 antiquam] qui *V* 175 Haec
 primo species rerum, naturaque terrae] immo cum sit
 species *V* ve *V* 176 trahit] at *V* 178 Non illic]
 illi *V* 182 **Corrigit** hinc aretus penitusque quod
exigit ultra] Por *V* artus *V* exaestuat *V* 183 **spissae]**
 sci *V* 184 nectunt †uarium] aliae *V* 187 Haec
 illis sedes tantarumque area rerum est] illi *V* *post*
hunc versum signo marginali relegatur Haec operi visenda
 sacri faciesque domusque *V* 189 **incendit** causamque
 reposit] incendii *V* & *V* po *V* 190 Non illam
 parui, aut tenuis discriminis. ignes] Non illam paruo
 aut tenui discrimine signis *V* 191 Mille sub exiguo
 ponent tibi tempore ueras] M. sub exiguum venient
 t. pignora tempus *V* 192 oculique docent] oculos
 ducent *V* cogunt] ent *V* 193 moneant] & *V* **toto]**
 tuto *V* 195 operum] ri *V* aditu] tus *V* *post* 195
repetitus est 186 Vt maior species eqs in *Pithocana]*
 & *V* in margine deest codici Florentino 197 **quis**
 torqueat] quis torreat *V* 198 qui mirandus] quis *V*

(= *Voss.*) imperet] a *V* 199 exustae] exhaustae *V*
glomeratus] ratim *V* 203 magnos] tantos *V* 204 Neue
sepulta] s. *V* 206 premit omnia dextra] tremit *V*
omniaq; extra *V* 207 arena] nae *V* 208 faciunt]
veniunt *V* ulli] ullis *V* 209 robustis] sti 'Flor.'
210 Exigitur: vertit vasa omnia vertice saeuo] Ex-
agitant venti turbas ac vertice s. *V* 211 congesta]
collecta *V* 212 Hac caussa expectata ruunt in-
cendia montis] Haec causae expectanda terunt *V*
214 Nam prope natura par est uiolentia semper] Nam
pr. nequicquam pars est v. flammae *V* 216 auxilio]
lium *V* (= *Voss.*) corpore] ra *V* 217 audit] et *V*
218 Nunc] Hinc *V* magnusque sub hoc duce] qui
sub *V* 220 Vna] unde *V* 221 Cum] Cur *V*
cohibetur, inest quae caussa silenti] bent iners *V* venit
ad vires *V* (*hic subest error Burmanni, debuit addere: H*)
di *V* 223 Digna] Pigra *V* laborantis] ratis *V*
224 fuere] tueri *V* 226 rebus] rerum *V* et in mar-
gine 'rerum Mediceus' 227 Sacra perurgentem,
capitique attollere caelum] Ingenium sacrare caputque
attollere caelo *V* 228 sint cur magno talia] magno
fatalia *V* 230 mundo] vinelo *V* 232 Cur illi
breuior, cur isti peruolet orbis] Hoc (*sic*) breuior cursu
bissenos pervolat orbis *V* 233 monet] vet *V* 234
quaeue sua careant incondita cura] quaeue suos seruent
incondita motus 'ita *V*' *post* 235 signo relegatur:
Sex cum nocte rapi, totidem cum luce referri 'hic ver-
sus additur in *V* ante 235' (= 237 *apud me*) 237 Nubila
cur caelo terrae] Nubila cur Panope coelo denuntiet
im. *V* 'nubilum mare' 238 igni] ne *V* 239 uariant]
e *V* primaq; iuuenta Ver praeit aestatem cur] ver
prima iuenta cur aestate perit *V* 244 cur stella
tenax cur Martia] quae *V* quae *V* 245 tendant]
pandant *V* 247 Quo uolet Orion] Qua uocet orion *V*
incubet] excubet *V* 249 Non digesta] con *V*
252 hominis] omni *V* 253 Et quae nunc] Quaeq;

in ea V 254 magna] magis V 255 Nam quae,
 mortales, spes est, quae amentia maior] mortali cui-
 quam est am. V 256 perquirere uelle] Divos V
 257 transire & perdere segneis] ac V segne est V
 258 premimurque labâtes] terimurq; labore V 259—261
 in Pithoæana hic desunt, leguntur post v. 279; Bur-
 mannus ibi margini adscriptis λ et numeris 1—6 et
 1—2 ordinem verum restituit non indicato quo auctore
 259 euertimus] et uertimus V 261 Torquentur]
 Torrentur V 263 uiles taceant] humilesque iacent V
 265 usu experiuntur] expendimus usum V 266 segetis-
 que] λ V uitis] ti V (= Voss.) 267 platanis] plan-
 tis V 268 diti melior pecori] duro melior pecori V
 271 Horrea uti saturant] aq; ut sature V & dolia]
 ut V 273 qua uisum est carius istis] vis est carior
 ipsis VC. V 275 rerum maxima merces] est optima
 merces VC. V 276 occulto naturae terra] terrae
 natura VC. V 277 non multos cernere] tum VC
 278 animumq;] os VC 280 minas ad tartara mundi]
 aut tartara rumpi VC. V 281 impediât] intendat
 VC. V 282 repente] perta VC. V pax sit] est V
 283 animi] mae VC. V forte cavernae] porta V
 284 ipsi feruent] ser VC. V (= Voss.) 285 ne uenis
 abstrahat] tenues in se VC. V 286 qua uertice
 surgit] quia VC gens VC. V 287 Illine infestus,
 atque hinc obnoxius, intus] fessa est VC. V obnoxia
 ventis VC. V 'Haecenus VC' EXPLICIT AETNA V.

has pretiosissimas lectiones a philologis seriis, Heinsio
 Burmannisque exceptas propagatasque, qui pro confictis
 aut adulteratis habuerunt (heu non defuisse posteris
 negabitis)¹⁾, hodie nemo sanus audiet. dolendum sane

1) ne aduersarios tacuisse dicar, nomino L. Alzinger,
 Fleckeisens Jahrb. 153, 1896, 845—860, R. Ellis, Journal of
 Philology XVI 1888, 292 ss., XXVII 1895, 10 ss., Aetna
 prolog. p. LXXV ss.; recte iudicabant in uniuersum E. Bachrens,

quod de codice unde emanarunt certi nihil notum est.¹⁾ videtur autem res ita facta esse. Aetna carmen nono fere saeculo a docto quodam Carolino ex codice Vergiliano²⁾ transcriptum est in librum 'Claudianus maioris', atque, ut neminem adhuc coniecisse miror, ea de causa quod librarius recepta Aetna illustrare sibi videbatur carmen vere Claudianeum (carm. min. XVII de piis fratribus et de status eorum quae sunt apud Catinam). quem Claudiani codicem aliquando possidebat Petrarca, postea descripsit propria manu Lilius Gyraldus. et exemplar et apographon Gyraldi perit nisi quod pars (v. 138—287)³⁾ aut huius aut illius in manus venit Ernstii, unde N. Heinsius variantes lectiones ad Pithoeanam suam excerpsit. partem minimam (v. 272—287) ex Ernstiano codice repetiit qui scripsit Laur. 33, 9.

atque cum luce clarius sit quanto Gyraldinus qui recte dicitur codex ceteros omnes, etiam Excerpta florilegiorum, sinceritate lectionum superaverit, quaeritur, num forte is codex ad aliud antiquom exemplar referendus sit. quod quamvis pronus fuerim ad credendum, tamen facere nunc non possum quin negem. communia enim in G et in ceteris codd. leguntur menda, quae ad vetustam editionem reducere non probabile videtur. dico has falsas lectiones: v. 162. 165. 168. 218. 233. 273. 277. 282. 284 seruent. 285, ex quibus imprimis 233 et 284 sat ponderis habent. itaque ego persuasum habeo, memoriam codicis Gyraldini quoque redire ad traditionem

P. Wagler, Berlin. Stud. f. klass. Philologie I 1883, p. 509 ss., R. Hildebrandt, Philol. 56, 1897, 97 ss., S. Sudhaus, Götting. Gel. Anz. 1903, 531 ss.

1) diligentius de eo inquisiverunt Th. Birt in editione Claudiani praef. p. LXXXIX ss., Ellis in editione Aetnae p. LXIV—LXXXIV. ego cum necutro pugno, ne longior sim, sed breviter expono quae mihi vera videntur.

2) codicem enim Gyraldinum non ad alterum quendam archetypon redire diversum a ceterorum codicum, infra demonstrabitur.

3) versus 150 possunt obtinuisse codicis antiqui 3 folia i. 6 paginas.

Vergilianam, magis autem genuinam mansisse ea de causa quod iam primis Carolinorum temporibus a ceterorum codicum fatis et interpolatione remota fuerit, item ut Corsinianus in *Culice*, in *Ciri* et *Cataleptis Bruzellen-sis* sinceriores fidem servaverunt.

CS praeter Gyraldinum in *Aetna* praesto sunt C et S, de quibus supra ad *Culicem* p. 12 et 10 egimus. de S addendum, v. 1—170 optime legi, in versibus 171—213, qui minus bene leguntur, desecta esse principia fere duodenarum litterarum, in versibus 304—346 desectas esse fere denas ultimas litteras, v. 347 ss. omnino periisse (cf. Sitz.-Ber. 1908, p. 29 s.).

iuxta C et S et in *Aetna* suum sibi pretium vindicat Z exemplar Z, restituendum ex H et ex AR, de quibus libris ad *Cirin* (p. 15 ss.) rettulimus.

medium aliquem locum inter G et CSZ obtinent Excerpta florilegii, de quo vide ad *Culicem* (p. 4 ss).

omnino nullius pretii sunt codices recentissimi Vat. lat. 3252 (v. 1—432; contulit Ellis), Corsinianus 43 F III 21 (vidit Ellis), Neapolitanus mus. Borb. 207, Londinensis Sloane 777, codex in bibliotheca Chigi (vidit Ellis), Vat. Urb. 353 saec. XV fol. 19^v—30^r.

Hactenus de libris manuscriptis. edebantur autem haec carmina inde ab editione principe Romana a. 1469 cum Vergilii operibus maioribus: catalogum habes in Heynii editionis quartae vol. IV (Lips. 1832) p. 637—742; cf. etiam Naekii Val. Cat. p. 376—432. insunt tamen in quibus ut in principe desiderentur *Ciris Aetna Catalepton*, *Elegiae in Maecenatem*, quae anno 1471 in secunda Romana primum typis data sunt. nobis hodie hae editiones nihil iam utile praebent, quia contextus ex codicibus atque adeo ex editionibus vulgaribus repetebant, nisi aliquot humanistarum q. d. sagaces coniecturas. talibus praeter Venetam a. 1475 et Ascensianam Paris. 1507 praecellit propria carminum minorum editio sub titulo:

Diversorum veterum poetarum in Priapum lusus. P. V. M. Catalecta. Copa. Rosae. Culex. Dirae. Moretum. Ciris. Aetna. Elegia in Mecoenatis (*sic*) obitum et alia nonnulla, quae falso Virgilii creduntur. Argumenta in Virgilii libros et alia diversorum complura. — Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri mense Decembri MDXVII, quae etiam meliores et pleniores prioribus adiit codices (v. supra p. 18 not. 1). maiora praestitit J. Scaliger in clarissimo libro Publii Virgilii Maronis appendix Lugd. 1573. monendum tamen sententias et iudicia Scaligeri non aequaliter comprehendi in contextu carminum cura Petri Pithoei non semper ex consilio amici reddito, sed inquirenda esse in notis (p. 265—548); quae de re diserte exposuit Naekius Val. Cat. p. 422—427. ipsius Pithoei editio (Epigrammata et Poematia vetera etc. Paris. 1590 saepius) nihil fere novi aut boni suppediavit. aliqua¹ ex his Vergilianis recepit in Anthologiam Latinam (Amstelaedami I. II 1759. 1773) Petrus Burmannus Sec., qui saltem propter thesauros congestos, imprimis Heinsianos laudandus est. complexus est omnia praeter Diras Lydiamque et Aetnam in Virgilii sui tomo IV (a. 1775) C. G. Heyne ita tamen ut non multum proficeret, Culicem autem quasi alter Procrustes comprimeret dilaceraretque. partem tantum, Moretum, Copam, Diras, Aetnam, Catalept. 9 in poetas latinos recepit Chr. Wernsdorf (1780—88), sed interpretandi utile et solidum adstruxit fundamentum re critica plerumque non protracta. melius Heynio meritis est de hac appendice J. Sillig non aequè ab Hauptio obiurgatus, namque primus utilem et necessarium suppellectilem criticum congessit in Culicem, Cirin, Copam, Moretum, Catalepton (nec Diras neque

1) scilicet librum Catalepton totum dispersum per lib. I et II, elegias in Maec. lib. II n. 119 ss., Copam lib. III n. 293, Priapea Vol. II p. 567 ss., Diras Vol. II p. 649 ss.; eadem fere carmina repetiit nullo cum fructu H. Meyer in Anth. veterum latinorum epigrammatum et poematum I Lips. 1835.

Aetnam aut elegias in Maec. recepit) in Heynii Vergilii quartum editi volumine quarto (1832). interpretandi officio non inepte functus est A. Forbiger, qui eadem ac Silligius carmina recepit in Vergilii partem III (1852). textum inaequaliter constitutum, hic splendide emendatum illic plane pessundatum, exhibuit M. Haupt in Vergilio iterum recognito (Lips. 1873). Silligii copias criticas (addidit Diras et Maecenatem, abstinuit ab Aetna) retractavit et auxit O. Ribbeck in Vergilii tomo IV (1868), qua in editione primum apparatus criticus quali nos uti consuevimus constitutus est, ita tamen ut innumerabiles insint errores; nec nimium in emendando editor profecit. multo fidelius et certius instrumentum comparavit Ae. Baehrens PLM II (1880; eleg. in Maec. in I 1879), qui ne Aetnam quidem praeteriit, at verba tradita solita licentia adeo pessumdedit ut passim nec legi nec intellegi possint. post Baehrensi Ribbeckius iteravit Vergilium suum (IV 1895); adnotationes criticae dantur breviores sed certiores, quamquam etiam nunc identidem ex Baehrensi opus est corrigere. deinde accessit ad haec carmina G. Curcio Italus atque edidit 'Poeti latini minori' vol. II 1 (Priap., Catal., Copam., Mor.) 1905, vol. II 2 (Diras, Lyd., Cirin) 1908. quibus in libris quatenus ars critica exercetur nihil fere laudandum nisi quod inter aliquot Vaticanos recentiores primus adhibuit lat. 2759, quamquam Culicem, in quo solo huius codicis grande est pretium, nondum tractavit. ceterum haec volumina scatent pravis iudiciis neglegentiis erroribus adeo ut publice monere meum putem ne quis Curcii collationibus et omnino adnotationibus incautus fidem habeat. multo melior est 'Appendix Vergiliana' (praeter Aetnam editam iam a. 1901) recognita ab R. Ellis Oxonii (1907), de quo libro censuram scripsi in actis Berl. phil. Wochenschrift 1907, 1580—2. quamvis multa in hac editione aut desiderentur aut vituperanda sint, tamen si quis proprietates Ellisii noverit et animadverterit, cum fructu poterit

uti. eiusdem viri docti qui desiderabit varia de app. Verg. commenta, enumerata inveniet apud ipsum in praef. p. XIV sq.

iam ad singula carmina non meum esse duco omnia hic congerere quaequae viri docti disputaverunt, potissima excerpto. in *CYLICE* igitur superiorum, etiam Hauptii (opusc. III 62—75 a. 1858; 258—60 a. 1873), curas longe superaverunt Fr. Bücheler, Rhein. Mus. 45, 1890, 324 ss. et Fr. Leo, qui in editione peculiari (Berlin 1891, accedit Copa) carmen egregie defendit a solita corrigendi libidine. ipse aliqua attigi Rhein. Mus. 55, 1900, 520—3. adhibitis novis codicibus ab Ellisio (Γ) et Curcio (V) inventis apparatus criticum in universum fidelem exhibuit A. E. Housman in 'Transactions of the Cambridge Philological Society' Vol. VI part. I 1908; cf. etiam eiusdem tractatus in 'Journal of Philology' 25, 1897 p. 240 ss et in 'Class. Review' 16, 1902, 339 ss.

DIRAS cum *LYDIA* notum est sub nomine Valerii Catonis a Naekio recensitas et enarratas cura Ludovici Schopen editas esse Bonnae 1857, quo in libro vir doctus sedulus diligens permulta utilia congessit nec tamen quod sequebatur assecutus est. post Baehrensii editionem scripsere qui de rebus in *Diris* tractatis falsa aut improbabilia protulerunt, in singulis aliqua praestiterunt M. Rothstein, De *Diris* et *Lydia* carminibus in 'Hermes' 23, 1888, 508 ss., G. Eskuche, De Valerio Catone etc. diss. Marburg 1889, R. Reitzenstein, Ein litterar. Angriff auf Octavian in 'Festschrift, Th. Mommsen zum 50jähr. Dr.-Jub. überr.' Marburg 1893; cf. etiam W. Kroll, Rhein. Mus. 60, 1905, 552 s.; alia vide apud Curcium II 2 p. 48.

de *COPA* egit Bücheler Rhein. Mus. 45, 1890, 323; carmen edidit Leo post *Culicem*; sententiarum conexum interpretatus sum Rhein. Mus. 55, 1900, 527 ss.

MORETI interpolationes optime detexit M. Haupt opusc. I 36—39 (a. 1837), duos locos egregie correxit Bücheler l. l. p. 324.

CIRI carmini interpretando, cui olim operam dederat M. Haupt (opusc. I 56 s. a. 1837; III 75—88 a. 1858; III 261 s. a. 1873), aliqua contribui Rhein. Mus. 55, 1900, 523—7, admodum profuit his a Francisco Skutsch demio de auctore mota. adversarii sive pro sive contra Galli nomen pugnabant cum cogerentur locos multos accuratius quam adhuc factum erat interpretari, haud pauca obscura vel dubia illustraverunt aut correxerunt. enumero hos libellos vel tractatus: Fr. Skutsch, *Aus Vergils Frühzeit*, Lpzg. 1901. Fr. Leo, *Vergil und die Ciris*, Hermes 37, 1902, 14—55. *De Ciri carmine coniectanea*, Göttingen 1902. P. Iahn, *Herm.* 37, 1902, 161—172. Fr. Bücheler, Rhein. Mus. 57, 1902, 321—3. R. Wünsch, *ibid.* 468—473 (ad *Ciris* v. 369—377). S. Sudhaus, *Die Klage der Ciris*, Rhein. Mus. 61, 1906, 28—33. Fr. Skutsch, *Gallus und Vergil*, Lpzg. 1906. Fr. Leo, *Nochmals die Ciris und Vergil*, Hermes 42, 1907, 35—77. S. Sudhaus, *Die Ciris und das röm. Epyllion*, *ibid.* 469—504. Fr. Vollmer, *Die kleineren Gedichte Vergils*, Sitz-Ber. d. philosoph.-philolog. Klasse der Bayer. Akad. d. Wiss. 1907 III 335—374 (critica et exegetica p. 361 not. et p. 365 ss.) A. B. Drachmann, *Zur Cirisfrage*, Hermes 43, 1908, 405—426. R. Reitzenstein, *Die Insel-fahrt der Ciris*, Rhein. Mus. 63, 1908, 605—617. alia vide apud Curcium II 2 p. 142 et in Bursian-Kroll, *Jahresber.* 130, 1906, p. 111.

de CATALEPTON libello olim docte disseruit M. Haupt (opusc. II 148—161 a. 1859; cf. etiam p. 147 a. 1858), post eximie meritis est Fr. Bücheler, Rhein. Mus. 38, 1883, 507—525, qui iam de PRIAPEIS utilia dixerat in *vindicis* Rhein. Mus. 18, 1863, 381 ss. et tria carmina in editione Petronii ceteris Priapeis adiunxerat, ultimum in editione IV 1904, p. 159 s. alia vide apud Curcium II 1 p. 53 s. et in Bursian-Kroll, *Jahresber.* 130, 1906, p. 112.

ELEGIAS in Maecenatem post Baehrensium repetivit nuper A. Riese in *Anth. lat.* I 2² n. 760^a et ^b. post

Maehlyum (progr. Basil. 1873 p. 13 ss), qui saltem versus 2, 24 certissima coniectura correxit, nihil fere laudabile praestitum est usque dum Fr. Skutsch in encyclopaedia Pauly-Wissowae IV p. 945—7 praecipue contra Hauptium (opusc. I 347—9 a. 1849) probavit carmina esse aevi Augustei non multo post Maecenatis obitum pacta. ad interpretationem utilia varia congressit Fr Lillge, De elegiis in Maec. quaestiones, Vratislaviae diss. 1901.

iam in AETNA superanda multi sudaverunt et gemuerunt. Scaligeri Clerici Schraderi aliorum curas enumeraverunt Baehrens PLM II p. 22 et Ellis, Aetna praef. p. XV s.; utilitatem diu probatam adhuc praestant editiones Friderici Iacob. Lpzg. 1826 et HAI. Munronis, Cambridge 1867, cum Hauptii recensio in Vergilio iterum recognito (Lpzg. 1873) licentiis scateat; utiliores sunt eiusdem Hauptii commentationes, nunc in opusculorum vol. I 40—50 (a. 1837), II 26—51 (a. 1854), III 437—440 (a. 1867). ex recentioribus studiis nomino: PR. Wagler, De Aetna poemate quaestiones criticae (Berl. Stud. f. klass. Phil. I 1884, 495—601 cum indice verborum); cf. K. Schenkl, Philol. Anz. XVI 117—121. R. Ellis, Journal of Philology XV, 1887, 292—316; XVI 155—7; XX 1892, 207—236; XXII 314—6; XXIII 5—18 eqs.; L. Alzinger, Studia in Aetnam collata, diss. Lips. 1896; idem, Der Wert des Codex Gyraldinus für die Kritik der Aetna, Fleckeis. Jahrb. 153, 1896, 845—860; R. Hildebrandt, Zur Überlieferung der Aetna, Philol. 56, 1897, 97—117; I. Franke, res metrica Aetnae carminis, diss. Marburg 1898. quam maxime autem haec studia promota atque incitata sunt editione et interpretatione S. Sudhausii, Lipsiae 1898. secuti sunt tractatus vel libelli hi: Th. Birt, Philolog. 57, 1898, 603—641; Fr. Bücheler, Rhein. Mus. 54, 1899, 3—7; L. Alzinger, Neues handschriftliches Material zur Aetna, Blätter f. d. bayer. Gymn.-Wesen 35, 1899, 269—375;

F. Walter, *Zur Textbehandlung und Autorfrage der Aetna*, *ibid.* p. 585—593; R. Hildebrandt, *Beiträge zur Erklärung des Gedichtes Aetna*, *Progr. Nicolai-Gymn. Lipsiae* 1900. *denuo edidit carmen* R. Ellis, *Oxford* 1901; *recensiones scripsimus ego* in 'Archiv f. lat. Lexigr.' XIII 1902, 143 s. S. Sudhaus in 'Göttinger gel. Anzeigen' 1903, 530—550. *singulos locos deinde tractaverunt* R. Hildebrandt, *Analecta in Aetnam*, *Rhein. Mus.* 60, 1905, 560—573; S. Sudhaus, *ibid.* 574—583.

APPENDIX

Catalogus codicum,

qui carmina Vergiliana minora continent
et partim in prooemio tractati, partim ibi et in apparatu
neglecti sunt.

* additus denotat codices nondum exploratos.

- * Arezzo, *bibl. fraternitatis S. Mariae* 150 saec. XV fol. 20:
Moretum: v. Mazzatinti, inventari VI p. 197
- Basel, *bibl. publ. F III 3 saec. XV exeuntis: omnia Vergi-
liana: cf. Sillig IV⁴ p. 159; Naeke Val. Cato p. 365;
Ribbeck IV¹ p. 38*
- Berlin, *bibl. reg. Diez. B 60 saec. XIV: Exc.: v. p. 5*
- Breslau, *bibl. reg. et Univ. Adalbertinus IV fol. 36 a. 1516:
Cul.—Mor. et Ciris 1—252: cf. Sillig-Wagner IV⁴
p. 159. 631; Ribbeck IV¹ p. 45 ss.*
- „ *bibl. urb. Rehdiger. 60 saec. XV: omnia Vergili-
ana: v. A. Wachler, l. l. p. 40; Naeke, Val. Cato
p. 372 s.; Ellis, Aetna p. XIII*
- „ *bibl. urb. Rehdiger. 125 saec. XV: v. p. 17*
- „ *bibl. urb. Rehdiger. 135 saec. XIII: Mor. Maec.
Dir. Copa: v. A. Wachler, de Thoma Rehdigero
eiusque bibl. p. 57; Naeke, Val. Cato p. 362 s.*
- Brüssel, *bibl. reg. 10615—10729 saec. XII: v. p. 17*
- * Budapest, *bibl. univers. 99 saec. XV: Moretum: Scilagyi,
catal. p. 81*
- Cambridge, *bibl. univers. Kk V 34 n. 2076 saec. X: v. p. 12*
- Catania, *bibl. S. Nicolai 37 saec. XV: Moretum: cf. Rühl,
Philol. 47, 1889, p. 585*
- * Cheltenham, *bibl. Phillip. 33 saec. XIV: Moretum: Schenkl,
bibl. patr. Lat. Brit. n. 910*

- * Cheltenham, bibl. Phillip. 1007 saec. XV: Maec.: Schenkl n. 1007, 26
- * „ bibl. Phillip. 6549 saec. XIV: Copa: Schenkl n. 1633
- * „ bibl. Phillip. 7283 saec. XV: Maec.: Schenkl n. 1712, 4
- * „ bibl. Phillip. 9456 saec. XV: Moretum: Schenkl n. 1818
- * „ bibl. Phillip. 16360 saec. XV: Culex: Schenkl n. 2011
- Dresden, bibl. publ. reg. De 140 saec. XV fol. 106: Moretum: F. Schnorr v. Carolsfeld, Katalog I p. 321; Sillig-Wagner IV⁴ p. 309. 631
- „ bibl. publ. reg. De 158 saec. XVI fol. 35: Copa: Katalog I p. 326; Sillig-Wagner IV⁴ p. 284. 631
- * Erlangen, bibl. univers. 857 N. 5 saec. XV fol. 273—5: Moretum: Irmischer, Katalog p. 224
- Escorial, Q I, 14 saec. XIV: florilegium: v. p. 5
- * „ T II, 9 saec. XIV: fol. 207^B: Dirae: Hartel-Loewe bibl. patr. Lat. Hisp. I p. 244

Fiecht v. Mell:

- Florenz, Laurent. deperditus Gyraldinus v. p. 20 ss.
- „ Laurent. Ashburnham 182 saec. XV: Moretum: Paoli, i codici Ash. I p. 268
- „ Laurent. 33, 9 saec. XV: v. p. 24
- „ Laurent. 33, 31 saec. XIV fol. 17 ss.: Culex Dirae: Bandini, catal. II 124 ss.; Naeke, Val. Cato p. 330. 344; Ribbeck IV¹ p. 39; Buchrens I p. 56; Ramorino, Studi Ital. di filol. class. XII 1904, 257 s.; Vollmer, Sitz.-Ber. 1908 p. 15
- „ Laurent. 38, 38 saec. XV fol. 56^V: Dirae: Bandini, catal. II 281, 16; Naeke, Val. Cato p. 337
- „ Laurent. 39, 18 saec. XV fol. 19 ss.: Mor. Copa Dirae: Bandini, catal. II 308 s.; Naeke, Val. Cato p. 337; Curcio PLM II 2 p. VIII s.
- * „ Laurent. 91, 19 saec. XV fol. 1 ss.: Copa Mor. Cul. Dirae: Bandini, catal. III 753
- * Friuli, Sandaniele 47 saec. XV: Moretum: Mazzatinti, Inventari III p. 116
- Gaibach v. Pommersfelden
- Gotha, bibl. duc. chart. A 236 a. 1461 fol. 208 ss.: Mor. Maec. Dir. Copa: v. Cyprianus, catal. p. 82 n. 236; Sillig-Wagner IV⁴ p. 619; F. Jacobs, Beitr. z. ält. Litt. I p. 275 ss.; mihi benigne descripsit R. Ehwald

- Göttingen (Koehlerianus) *bibl. univers. Philol.* 116 saec. XV: *Cul. Dir. Mor. Maec. Copa: Sillig-Wagner IV⁴* p. 622; *lectiones apud Ribbeckium IV¹*; W. Meyer, *catalog. I* p. 27; *contuli*
- Kopenhagen, *Alburgensis saec. XIII—XIV: Copa 1—8: Sillig-Wagner IV⁴* p. 626
- Leipzig, *bibl. sen. rep. 1, 4 36 saec. XIII: Moretum: Sillig-Wagner IV⁴* p. 309. 629; Naumann, *catalog. p. 12*
- Leyden, *bibl. univers. Voss. lat. fol. 78 saec. XVI: omnia Verg.: Naeke, Cato p. 369 ss.; Ribbeck IV¹* p. 33 s.; *Bachrens II* p. 18; *cf. etiam supra p. 24 ss.*
- „ *bibl. univers. Voss. lat. oct. 81 saec. XIV: Mor. Copa Cul. Maec.: Ribbeck IV¹* p. 30; *Bachrens II* p. 8. I p. 57. 124; *Housman, Transactions of the Cambridge Philol. Society VI* 1908, 1—11; *Vollmer, Sitz.-Ber. 1908, 36 not.*
- „ *bibl. univers. Voss. lat. oct. 96 saec. XV: Maec. Copa Cul. Mor. 1—4: Naeke, Cato p. 353 s.; Ribbeck IV¹* p. 34; *Bachrens I* p. 125, *cui l est; cf. supra p. 19*
- Livorno, *bibl. commun. 112, 3, 24 saec. XV fol. 121: Moretum: Solari, studi Ital. di filol. class. XII, 1904, p. 1 Rivista di filol. 32, 1904 p. 106 s.*
- London, *Mus. Brit. Addit. 16562 saec. XV: Mor. Copa Dirae Cul.: catalog. III* p. 279; *Ellis in edit.*
- „ *Mus. Brit. Arundel 133 saec. XV: Ciris Aetna Maec. Priap. Catal.: catalog. p. 31 et supra p. 16*
- „ *Mus. Brit. Burneianus 272 saec. XV: Moretum: catalog. p. 69*
- „ *Mus. Brit. Harleianus 2534 saec. XIII: Copa Mor. Cul. 1—93: Ribbeck IV¹* p. 33; *Ellis in edit.*
- „ *Mus. Brit. Harleianus 2695 saec. XV: Moretum: Ellis in edit.*
- „ *Mus. Brit. Harleianus 2701 a. 1447: Mor. Cul.: Ellis in edit.*
- „ *Mus. Brit. Harleianus 2745 saec. XIV: Exc.: v. supra p. 5*
- „ *Mus. Brit. Harleianus 3693 saec. XV: Mor. Dir. Cul.: Naeke, Cato p. 346; Ellis in edit.*
- „ *Mus. Brit. Sloane 777 saec. XV—XVI: Bachrens PLM II* p. 18

Vossianus & Lubens,
v. p. 14

Vossianus & Lubens

- Lucca, *bibl. publ.* 1640 saec. XV fol. 60: *Copae versus 2: Mancini, studi Ital. di filol. class.* VIII 1900, 223
 „ *bibl. publ.* 1436 saec. XV fol. 39^v: *Moretum: Mancini l. l.* 213
- Mailand, *bibl. Ambros.* O 74 *sup.* saec. XV fol. 1—30: *Virgilii poematia: Vollmer, Mon. Germ. auct. antiq.* XIV p. XXXIII; *adhibuit Ellis*
- Melk, *cimel.* 2 saec. X: *v. supra p. 12*
- München, *bibl. reg.* 261 saec. XV fol. 254: *Mor. Maec. Dirae Copa: Sillig-Wagner IV⁴ p. 337. 625; Naeke, Cato p. 361s.; Ribbeck IV¹ p. 37*
 „ *bibl. reg.* 305 saec. XI—XII: *v. supra p. 14*
 „ *bibl. reg.* 18059 saec. XI: *v. supra p. 14*
 „ *bibl. reg.* 18895 a. 1452 fol. 225: *Priap. Catal.: v. supra p. 18*
 „ *bibl. reg.* 21562 saec. XII: *v. supra p. 14 not. 1*
- Neapel, *mus. Borb.* 207 (= IV E 7) saec. XV: *omnia Vergiliana: Ianelli, catal. p. 150; Ellis in edit.*
- *Norfolk (Irland), *bibl. ducis of Leicester in Holkham Hall* 395 saec. XV: *Moretum: Schenkl, bibl. patr. Lat. Brit. n. 3565*
- Oxford, *Bodlei. Add. A.* 163 saec. XV: *Moretum: Ellis in editione*
 „ *Bodlei. Auct. F* 1, 17 saec. XIV: *Cul. Dirae Copa Mor.: Schenkl, bibl. Brit. n. 808; Ellis in editione.*
 „ *Bodlei. Auct. F* 4, 28 (*Madan* 8863): *v. supra p. 20*
 „ *Bodlei. Canon. lat. class.* 27 saec. XV fol. 32: *Copa Mor. Dirae: catalog. p. 122; Ellis in editione*
 „ *Bodlei. Canon. lat. class.* 55 saec. XIV fol. 145: *Moretum: catalog. p. 134; Ellis in editione*
 „ *Bodlei. Canon. misc.* 41 saec. XV fol. 166: *Moretum: catalog. p. 461; Ellis in editione*
 „ *Bodlei. Digb.* 100 saec. XIV fol. 137^v: *Copa Mor.: catalog. p. 115; Ellis in editione*
- Paris, *bibl. nat. lat.* 3762 saec. XIV fol. 76^v: *Moretum: Colbertinus V Silligii (cf. Sillig-Wagner IV⁴ p. 308. 630; utroque loco falsus numerus); inspezi*
 „ *bibl. nat. lat.* 7647 saec. XII—XIII: *florilegium: v. p. 4*
 „ *bibl. nat. lat.* 7927 saec. X: *v. p. 13*
 „ *bibl. nat. lat.* 7930 saec. XI: *v. p. 15*

- Paris, bibl. nat. lat. 7936 saec. XIII—XIV fol. 221^V: *Copa Mor.*: Sillig-Wagner IV⁴. p. 284. 308; *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 7989 saec. XVI fol. 229^R: *Moretum*: Reg. II Silligii (p. 308); Ribbeck IV¹ p. 36; *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 8069 saec. XI: v. p. 13
- „ bibl. nat. lat. 8074 saec. XIV fol. 49^R: *Copa Mor.*: Thuaneus II Silligii (p. 284. 308); *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 8093 saec. X: v. p. 13
- „ bibl. nat. lat. 8205 saec. XV—XVI fol. 37^V: *Cul. Dirae Copa*: Colbertin. III Silligii (p. 22. 284); Naeke, Cato p. 223. 345; *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 8206 saec. XV—XVI fol. 1: *Moretum*, fol. 22 *Copa*: Baluz. I Silligii (p. 284. 308); *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 8207 saec. XIII—XIV fol. 1: *Copa Mor.* *Cul.* 1—94; habeo photographa fol. 1^R—8^R Hedemania? v. p. 14
- „ bibl. nat. lat. 8224 a. 1463 fol. 111^R: *Moretum*: Regius III Silligii (p. 308); *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 8262 saec. XV—XVI fol. 347: *Moretum*: Carcav. Silligii (p. 308); *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 8264 a. 1478 fol. 49: *Moretum*: Regius IV Silligii (p. 308; cf. Wagner p. 630); *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 8320 saec. XV—XVI fol. 35^V: *Moretum*: *inspexi*
- „ bibl. nat. lat. 16236 saec. X: v. p. 15
- „ bibl. nat. lat. 17177 (*Stabul.*) saec. X: v. p. 10 ss.
- „ bibl. nat. lat. 17903 saec. XIII: florilegium: v. p. 4
- * Pisa, bibl. conventus S. Catherinae 136 saec. XV fol. 63^V: *Moretum*: Vitelli, studi Italiani di filol. class. VIII, 1890, 387
- * „ bibl. conventus S. Catherinae 148 a. 1465 fol. 1: *Mor.* 28—finem: Vitelli l. l. p. 396
- Pommersfelden, bibl. ducis de Schönborn 2905 (Gaibach 2807) saec. XIV: *Copa Mor.*: Vollmer, Sitz.-Ber. 1908, 15 ss.: photographa apud me
- Rom, bibl. Chigi: *Ciris Aetna*: Ellis in App. Verg. et in *Aetna* p. XIV. LXI
- „ bibl. Corsini 43 F 5 saec. XIV—XV: *Culex Aetna* 1—5: v. p. 10
- „ bibl. Corsini 43 F III 21: *Ciris Aetna*: Ellis, *Aetna* p. XIV; ad *Cirin* 12 ss.

- Rom, Vat. lat. 1574 saec. XIII fol. 132 ss.: *Mor. Copa: Curcio PLM II 1 p. XIV cum miris erroribus; mihi descr. E. A. Loew; habeo photographa*
- „ Vat. lat. 1576 saec. XV fol. 204V: *Moretum: Curcio PLM II 1 p. XV: photographon apud me est*
- „ Vat. lat. 1577 saec. XIV fol. 201V: *Copa: Curcio PLM II 1 p. XIV; mihi descr. E. A. Loew; photographa habeo*
- „ Vat. lat. 1586 saec. XV fol. 53V: *Mor. Copa Cul. Dirae: Curcio PLM II 2 p. VII; mihi descr. E. A. Loew; Culicis photographa possideo*
- „ Vat. lat. 2759 saec. XIII: v. p. 10
- „ Vat. lat. 3252 saec. IX—X: v. p. 13
- „ Vat. lat. 3255 saec. XV (a Pomp. Laeto scriptus) fol. 47 ss.: *Cul. Cir. Mor. Dir. Copa; fol. 81 Aetna Maec.: v. p. 16*
- „ Vat. lat. 3269 saec. XV (a Pomp. Laeto scriptus) fol. 52 ss.: *Maec. Copa Dirae Lyd. 1—2: Ty. Mommsen, Rhein. Mus. VI 626 s.; Ellis, App. Verg. p. XII: Curcio PLM II 2 p. VI; lectiones apud Ellisium (v)*
- „ Vat. lat. 3272 saec. XV: *Aetna 1—432: Ellis, Aetna p. XIII*
- „ Vat. Vrb. 350 saec. XV fol. 180: *Mor. Cop. Dirae Cul. Catal.: catalog. p. 322; Curcio PLM II 1 p. XV*
- „ Vat. Vrb. 353 saec. XV p. 19 ss.: *Aetna Ciris Catal.: catalog. p. 324; Curcio PLM II 1 p. VI ss.; lectiones apud Curcium et Ellisium*
- Stuttgart, bibl. reg. publ.: *Moretum: contulit Moser in Seebodii Arch. f. Phil. u. Pädag. I 1824, 691; cf. Sillig-Wagner IV⁴ p. 309. 629*
- Trier, bibl. urb. 1086 saec. IX—X: v. p. 13
- *Vicenza, bibl. comm. 221 saec. XV: *Moretum: Mazzatinti, Inventari II p. 52*
- Wien, bibl. aul. lat. 134 saec. XI—XII: v. p. 15
- „ bibl. aul. lat. 3108 saec. XVI fol. 220V: *Copa Cul. Dirae Mor.: tab. codd. Vind. II p. 198 Ribbeck IV¹ p. 36*
- Wolfenbüttel, bibl. duc. Gude 342 saec. XV: *Copa Mor.: Ebert, bibl. Guelferb. codd. p. 175 n. 919; Sillig-Wagner IV⁴ p. 284. 308. 631*
- „ bibl. duc. Helmstad. 332 a. 1454: v. supra p. 15 s.

Für Edelheit bei ganz. App. Verg:
Rostagni Riv. ti fil. 58 (1930); 59 (1931). cf. Selig-Hoos, II 75

CV LEX

vgl. Suet. vit. Hor. p. 7, 24 V. *liber cum Pseudepi-
graphon: epistula... obscura, quo vitio inveni-
tue lenobatur.*

Autorfrage: Axelson Gu. 32, 423. Latte 9N 53, 92 A. gut.

Geg. Editt anst. Funarioli, cf. Pöschl,
Anz. Altz. Wiss. 57, 4

CODICES

praef. p.

Ω = archetypus omnium codicum a Carolinis exceptus

Exc. = Excerpta assumpta in florilegium codicum p n e b η 4
insunt 58—85. 89—100. 146—159. 225 s.
294. 340—2. 413 s.

Γ = Corsinianus 64 (= 43 F 5) saec. XIV . . . 10

V = Vatic. lat. 2759 saec. XIII . . . 10

S = Stabulensis Paris. lat. 17177 saec. X, fragmentum
perierunt v. 1—166; versus 167—207 et
372—414 non toti servati

F = Fiechtianus, nunc Mellicensis cim. 2 saec. X 12
perierunt v. 76—152. 230—306

C = Cantabrigiensis Kk v. 34 saec. X . . . 12

L = 'ludi iuvenalis' codices (omissi sunt singulorum
proprii errores) . . . 13

W = Augustanus Trier 1086 (num. loc. 2180)
saec. IX—X

B = Bembinus Vatic. lat. 3252 saec. IX—X

E = Paris. lat. 8093 fol. 60—68 saec. X


A = Paris. lat. 7927 saec. X—XI

T = Paris lat. 8069 saec. X

Name: Sibz II 1, 387

ς = codices qui Itolorum correctiones et interpolationes passi
sunt quales Helmstadiensis, Vossianus alii vel unus
vel complures

stemma codicum:



hinc atque hinc patula praepandit cornua fronte
Castaliaeque sonans liquido pede labitur unda.

quare, Pierii laticis decus, ite, sorores *Musae confanductus cum Naidibus*
Naides, et celebrate deum ludente chorea.

et tu, sancta Pales, ad quam ventura recurrunt 20

agrestum bona fetura — sit cura tenentis

aerios nemorum cultus silvasque virentis:

te cultrice vagus saltus feror inter et antra.

et tu, cui meritis oritur fiducia chartis, *frater Leo*

Octavi venerande, meis adlabere coeptis, *Das Baginnen?* 25

sancte puer. tibi namque canit non pagina bellum
triste Iovis ponitque

Phlegra, Giganteo sparsa est quae sanguine tellus,

nec Centaureos Lapithas compellit in ensis;

urit Erichthonias Oriens non ignibus arces;

non perrossus Athos nec magno vincula panto

iacta meo quaerent iam sera volumine famam,

non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,

Graecia cum timuit venientis undique Persas —

mollia sed tenui pede currere carmina, versu 35

17 que Ω , om. C sonans Ω , sonas Γ liquido Ω , liquida Γ ,
liquo F 18 laticis Ω , nemoris V 19 Naides FCL , Naiades
 ΓV ludente Ω , laudente C 20 quam Ω , quem C recurrunt
Helmstad. Voss. 96 ς , recurrit Ω 21 fetura ΓV , secreta FCL
tenentis $\Gamma FCB E$, -tes $VWAT$ 23 uagus Ω , uagos Γ antra
Heyne, astra Ω 24 Et Ω , At ς c(h)artis Ω , castis C , certis
 W 25 meis Ω , meris F 27 Triste iouis ponitque canit non
pagina bellum (ex 26) Ω , om. V ς , supplevit ponitque <acies,
quibus horruit olim> *Bücheler* 28 Phlegra vel Flegra Ω ,
Flegraque Γ est Ω , om. C qu(a)e Ω , quo VW ς 29 Nec Ω , Hec Γ
lap(h)it(h)as Ω , lahitas C 1 enses Ω , ensem V 30 Urit erich-
thonias (ericht- C , erichthoas F) VFC , Urit erichthonias L , Uritur
hic thomas Γ oriens Ω , moriens F arces Ω , axes V 1
31 perrossus (-os F) Ω , confossus Γ 32 iacta ς , L(a)eta Ω
qu(a)erent iam Ω , querentia Γ uolumine *Bembus*, uolumina Ω
34 cum timuit Ω , continuit V 1 uenientis vel -es Ω , uehe-
mentis C 35 pede currere (curre F) carmina (carmina currere
 VW) Ω , decurrere carmina *Heinsius*

viribus apta suis Phoebō duce ludere gaudet.

hoc tibi, sancte puer: memorabilis et tibi certet

gloria, perpetuom lucens, mansura per aevom: ?

et tibi sede pia maneat locus et tibi sospes

debita felices memoretur vita per annos,

40

grata bonis lucens. sed nos ad coepta feramur.

igneus aethereas iam sol penetrabat in arcēs

candidaque aurato quatiebat lumina curru,

crinibus et roseis tenebras Aurora fugarat:

propulit e stabulis ad pabula laeta capellas

45

pastor et excelsi montis iuga summa petivit,

lurida qua patulos velabant gramina collis.

iam silvis dumisque vagae, iam vallibus abdunt

corpora iamque omni celeres e parte vagantes

tondebant tenero viridantia gramina morsu.

50

scrupea desertas haerebant ad caya rupes,

pendula proietcis carpuntur et arbuta ramis

densaque uirgultis auide labrusca petuntur.

haec suspensa rapit carpente cacumina morsu

vel salicis lentae vel quae nova nascitur alnus,

55

53 Nonius p. 211, 24 LABRVSCA genere feminino Vergilius in buc. (5, 7) . . . , neutro Vergilius in Culice: densaque vergultis auide labrusca petuntur.

37 Hoc Ω , Hec V sancte puer Ω , sanctae pater C memorabilis Ω , -li Γ certet Ω , cernet C **38** mansura Ω , mensura ΓC **40** memoretur Ω , remoretur Γ **41** lucens Ω , om. $V^1 W$ **42** Igneus Ω , Ignibus $V\zeta$ (a)etherias Ω sol Ω , om. F penetrabat *Helmstad.*, penetrarat Ω **44** Crinibus Ω , Criminibus FA^1 fugarat Ω , fugabat ΓE **45** l(a)eta Ω , nota C **47** patulos Ω , patulas Γ^1 colles Ω , flores V **48** uallibus Ω , ualidus F abdunt VCL , addunt ΓF **49** iamque omni Ω , iam iamque (om. omni) Γ celeres e parte Ω , celeres (-ra F) se parte VF **50** Tondebant Ω , Tend- C tenero Ω , tenera F **51** desertas (-tis WA) h(a)erebant . . . rupes Ω , desertis errabant . . . rupis V **52** ramis Ω , raris (in marg. ramis credo) Γ **53** uirgultis Ω , uirgultus F^1 , uergultis *Nonii codd. plerique* **55** Vel *Paris. 8207*, H(a)ec Ω salicis Ω , salitis F^1 qu(a)e Ω , qua Γ

(Helmstad.)

haec teneras fruticum sentis rimatur, at illa
imminet in rivi, praestantis imaginis, undam. *Engelm. p. 326*

o bona pastoris, si quis non pauperis usum *of Moral. 63*
mente prius docta fastidiat et probet illis
omnia luxuriae pretiis, incognita curis, 60

quae lacerant avidas inimico pectore mentes: *ant. Hort*
si non Assyrio fuerint bis lauta colore *'Sibapha' Brak.*

Attalicis opibus data vellera, si nitor auri
sub laqueare domus animum non anget avarum
picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla 65

cognitus utilitate manet nec pocula gratum = *cf. d. 141*

Alconis referent Boethique toreuma nec Indi
conchea baca maris pretio est. a pectore puro
saepe super tenero prosternit gramine corpus,
florida cum tellus, gemmantis picta per herbas, 70

vere notat dulci distincta coloribus arva;
atque illum calamo laetum recinente palustri
otiaque invidia degentem et fraude remota

70, 71 cf. *Engelmodus carm. 3, 97 (Poet. lat. med. aevi III p. 64)* Florida cum tellus pubentes parturit herbas Vere novo pinguis distincta coloribus arva.

56 fruticum Ω , fructi cum CE^2 57 in rivi Ω , intuiçi
(sed potius post in *depinxit sex hastas*) Γ praestantis (-es F)
 Ω , perstantis Γ 59 docta Ω , o loeta F 60 Omnia Ω *Exc.*,
Somnia *Haupt* pretiis vel precii CL , pr(a)etus ΓF , prauis *Exc.*,
spretis V 62 fuerint (-it F) Ω *Exc.*, fulgent *Schrader* lauta
 Ω , lota Γ *Exc.*, lauta s. s. 1 lota C 64 domus *Exc.*, *Paris*.
8207 *Helmstad.* ξ , domos $\Gamma V FCL$ anget *Bücheler*, angit
 Ω *Exc.*, tangit W 65 ulla Ω *Exc.*, ulna Γ 66 gratum Ω
Exc., Graium *Heinsius* 67 Alconis Ω *Exc.*, Alconi Γ boe-
tique Ω *Exc.*, bohetique F 68 a Ω , at *Exc.* $V^2 \xi$ 70 cum
 Ω *Exc.* (*Engelm.*), tunc V gemmantis vel -es Ω , gemmatis F
71 notat Ω *Exc.*, nouo V dulci *Exc.* *Helmstad.* ξ , dulcis Ω ,
dubiis V^2 72 illum Ω *Exc.*, illam F recinente (retinente
 V) *Exc.* $\Gamma V W$, recanente (nec- F^1) FCL ; cf. v. 13 73 invidia
 Ω *Exc.*, inuidi(a)e VW degentem fraude Ω *Exc.*, degente
faude F et *Exc.* et *Paris* 8207 *Helmstad.* ξ , om. Ωe

pollentemque sibi viridi cum palmite lucens
 Tmolia pampineo ^{in melleo} subter coma velat amictu; // 75
 illi sunt gratae rorantes lacte capellae
 et nemus et fecunda Pales et vallibus intus
 semper opaca novis manantia fontibus antra.
 quis magis optato queat esse beator aevo ^{of Basko 48}
 quam qui mente procul pura sensuque probando 80 <sup>formidat (pro-
cula diuitis)</sup>
 non avidas agnovit opes nec tristia bella
 nec funesta timet valida certamina classis
 nec, spoliis dum sancta deum fulgentibus ornet
 templa ¹⁷⁹⁻³⁰⁴ vel euectus finem transcendat habendi,
 adversum saevis ultro caput hostibus offert? 85
 illi falce deus colitur non arte politus, ^{of Mart. 6, 731}
 ille colit lucos, illi Panchaia tura
 floribus agrestes herbae variantibus adsunt; //
 illi dulcis adest requies et pura voluptas,
 libera, simplicibus curis: huic imminet, omnis 90
 derigit huc sensus, haec cura est subdita cordi,
 quolibet ut requie victu contentus abundet
 iucundoque levet languentia corpora somno. <sup>part. Plur. vis 206, 368
unvergil. Maas 538A</sup>
 o pecudes, o Panes et o gratissima tempe

74 que Ω , om. F lucens Ω , corrupta Exc. (luteus p,
 litteus e, luctus n) 75 T(h)molia Ω Exc., Zmolia F, Molea C
 subter Ω Exc., subtus V uelat Ω Exc., uelut Γ 77 pales
 Ω Exc., palles C¹, palus V¹ intus Ω Exc., imis Helmstad.
 78 notis Ω Exc., nobis Γ 81 agnovit Ω Exc., agnoscit V η
 83 Nec Exc., Non Γ VFCL sancta deum Ω Exc., scadeum
 (in marg. puto se adeo) Γ ornet Ω Exc., ornat V¹ ξ 84 uel
 Bembus, nec Ω Exc., euectus Ω Exc., euentus ζ trans-
 cendat VW, transcendit Ω Exc. 86 arte Ω , alte L 87
 panchaia Ω , pancheia Γ , panchasia V tura Ω , rura Γ 88
 herb(a)e VW, herbis Ω uariantibus Ω , item V sed uari ex
 correctione coangustatae adsunt vel assunt Ω , addunt Γ
 90 huic Γ ¹ VE¹ T¹ W, huc Exc. CBA 91 Derigit Γ ¹, Dirigit
 Ω Exc. huc Ω Exc., hunc V¹ 92 requie uictu VW, re-
 quem uictu Γ , requiem uictus CL, requie (-em n) et uictu Exc.
 contentus Ω Exc., contemptus V¹ n 93 leuet Exc., licet Ω ,
 liget VW 94 et Ω Exc., om. C

fontis †Hamadryadum, quarum non divite cultu 95
 aemulus Ascraeo pastor sibi quisque poetae *personat a J. G. Mun-*
 securam placido traducit pectore vitam! *let. of 99 et Leo adv.*
 talibus in studiis baculo dum nixus apricas
 pastor agit curas et dum non arte canora
 compacta solitum modulatur harundine carmen, 100
 tendit inevectus radios Hyperionis ardor
 lucidaequae aethereo ponit discrimina mundo, *nicht die Grenzlinie*
 qua iacit Oceanum flammam in utrumque rapacis.
 et iam compellente vagae pastore capellae
 ima susurrantis repetebant ad vada lymphae, 105
 quae subter viridem residebant caerulea museum. *183/192*
 iam medias operum partis evectus erat sol,
 cum densas pastor pecudes cogebat in umbras.
 ut procul aspexit luco residere virenti, *sc. pecudes*
 Delia diva, tuo, quo quondam victa furore 110
 venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue,
 infandas scelerata manus et caede cruenta,
 quae gelidis bacchata iugis requievit in antro
 posterius poenam nati de morte datura — *Nicht nach Hyperion, REIT*

10 v. met. 8. 218. Pont.
 1. 8. 53. Binf. Mandor
 1930, 14. 1. 1.

4 Hor. c. 3, 29, 21

Kurzform von Hamadryadum

95 Fontis Ω Exc., Hortus Leo, Frigus Housman (h)ama-
 driadum Ω Exc., Hamadryasin Sillig Fontibus Adryadum Sud-
 haus cultu Exc. ΓVCW, culte BEAT 96 pastor sibi Ω Exc.,
 pastori V poetae Helmstad. s, poeta Ω Exc. 97 traducit
 Exc. ΓVW, traducis CL 98 et 99 inverso ordine scrip-
 serat V¹, unde V² punctis additis paroemiacos inter se locum
 mutare iussit 98 Talibus ΓVCL, Dulcibus Exc. 99 Pastor
 ΓVCL, Letus Exc. dum non Ω Exc., nondum non Γ
 100 Compacta Ω Exc., Compacto C¹ solitum s, solidum
 Ω Exc. 101 yperionis ΓC, hispirionis corr. in hiperionis V,
 ypirionis (ypin- B) L 103 iacit Ω, iacet Γ o(c)ceanum
 VWAT, o(c)ceanus ΓCBE 105 repetebant Ω, repedabant
 CV² 108 Cum densas Ω, Condensas V pecudes Ω, pecu-
 dens C¹ cogebat Ω, agebat C 109 residere Ω, residente Γ
 pro apodosi aliter pergit v. 158 110 furore Ω, fauore Γ 111 nyctelium
 (vel ni-) VCL, nyttelum Γ 112 Infandas Ω, Infanda GB¹
 et Ω, e Bambus 114 nati de morte datura Ald. 1534 natis
 ae (ae dubitanter scriptum) Γ, nati se VL, natis est (s. s. t e) C
 futurum (s. s. l'g. d. an t a. d. V²) ΓVW, futuram CL



hic etiam viridi ludentes Panes in herba 115
 et Satyri Dryadesque chorū egere puellae *χοροῦ, sine exemplo*
 Naiadum coetu: tantum non Orphēus Hebrum
 restantem tenuit ripis silvasque canendo *i. delectant*
 quantum te, pernix, remorantem, diva, chorea
 multa tuo laetae fundentes gaudia voltu, 120
 ipsa loci natura domum resonante susurro
 quīs dabat et dulci fessas refovebat in umbra.
 nam primum prona surgebant valle patentes
 aeriae platanus, inter quas impia lotos, *f. 132. 133.*
 impia, quae socios Ithaci maerentis abegit, 125
 hospita dum nimia tenuit dulcedine captos;
 at quibus insigni [†]curru proiectus equorum
 ambustus Phaethon luctu mutaverat artus *ex Ov. met. 2, 195 ff. of*
 Heliades, teneris implexae brachia truncis, *Dichol RM² 50, 302*
 candida fundebant tentis velamina ramis; 130
 posterius [cui Demophoon aeterna reliquit *†stabat*
 perfidiam lamentandi mala — perfide multis, *†cahle 69, 132*
 perfide Demophoon et nunc [†]defende puellis; *†Ov. nam 397 hcty, 30*
 quam comitabantur, fatalia carmina, quercus, *†oraria*

115 panes (-is WA) Ω, panit V¹ herba Ω, herbas V¹
 116 que Ω, om. V chorus Γ¹L (om. W), choros Γ²CT, choros-
 que V 117 c(o)etu (ceu V¹) Ω, coctum Γ, in coetu Wakefield
 horpheus V et margo CB², (h)orridus (oridus C) Ω 118 ripis
 ΓBE, riuis VWAT, rupit C siluasque Ω, siluisque Γ
 119 Quantum VBE, Quam tum A² (A¹ n. l.), Quam ΓCWT
 te Ω, om. V¹ pernix remorantem V, pernigre (-rae WT)
 morantem Ω 120 tuo ΓC, tu(a)e VL l(a)et(a)e ΓL, late C,
 l(a)eto VB²E 121 domum Ω, doraum Γ¹ 122 fessas Ω,
 feras Γ 124 platanus Γ, platani VWAT, platan(a)e BC,
 platanos E quas Ω, quas erat VW lot(h)os Ω, lucos Γ
 125 om. Γ socios Ω, sonos V¹ it(h)ac(h)i Ω, sic hac i C
 127 opinor indigno cursu 128 Ambustus Helmstad. s, Ambustos
 (-sto Γ) Ω pheton ΓV, phoeton CL 129 om. V¹, suppl. V²
 implexae Heinsius, amplex(a)e Ω truncis Ω, truncia C¹W¹
 132 perfide V², perfida Ω 133 Perfide Ω, Perfidie Γ et Ω,
 i Voss. 81 (non V) defende Ω, defende Scaliger, dicende Leo;
 opinor taedende 134 com(m)itabantur Ω, comitabant Γ

quercus ante datae Cereris quam semina vitae 135
 (illas Triptolemi mutavit sulcus aristis); *ex Varg. gen. 1, 8. Klopff 37*
 hic magnum Argoae navi decus addita pinus
 proceros decorat silvas hirsuta per artus
 (appetit aeris contingere montibus astra); *v. app. Klopff 37*
 ilicis et nigrae species et fleta cupressus 140
 umbrosaeque manent fagus hederaeque ligantes
 brachia, fraternos plangat ne populus ictus,
 ipsaeque ascendunt ad summa cacumina lentae
 pinguntque aureolos viridi pallore corymbos;
 quis aderat veteris myrtus non nescia fati. 145
 at volucres patulis residententes dulcia ramis
 carmina per varios edunt resonantia cantus.
 his suberat gelidis manans e fontibus unda,
 quae levibus placidum rivis sonat orsa liquorem;
 et quaqua geminas avium vox obstrepit auris, 150
 hac querulae referunt voces quis nantia limo
 corpora lympha fovet: sonitus alit aeris echo,
 argutis et cuncta fremunt ardore cicadis.

136 Illas Ω , Illis C triptolemi Ω , triptolomi GB^1
 (h)aristis Ω , aristas Γ 137 navi Ω , uani C addita GV ,
 edita CL 138 Proceros *Heinsius*, Proceras Ω , Proceratus Γ
 per artus (arctus C) Ω , partus Γ 139 montibus Ω , motibus
Scaliger 140 et fleta *Ellis*, et l(a)eta Ω , nec laeta *Heinsius*
 141 ligantes GV , ligantis CL 142 fraternos plangat ne Ω ,
 frater uero non plagat nec Γ (h)ictus Ω , ictum Γ 143 Ips(a)e-
 que Ω , Ipsaque Γ ascendunt *Ribbeck*, accedunt Γ , excedunt
VCL, ut possis escendunt 145 nescia Ω , ascia Γ 146-150
 in *Excerptis ordinem mutati cf. praef. p. 7* 147 per Ω *Exc.*,
 post Γ 148 suberat Σ , superat Ω *Exc.* 149 placidum
 Ω *Exc.*, placidi V^1 sonat Ω *Exc.*, sonet p orsa *Vollmer*,
 orta Ω *Exc.*, acta V liquorem Ω *Exc.*, liquorum C^1 orta
 liquore *Sudhaus* 150 Et quaqua *Barth*, Et quamquam Ω ,
 Hinc illi *Exc.* obstrepit Ω *Exc.*, obstrepet Γ 151 Hac Ω ,
 Hinc *Exc.* querul(a) Ω , querulas *Exc.* uoces Ω *Exc.*,
 om. V^1 quis nantia Ω n , qui nautica pe 152 alit aeris
 (etheris V) echo Ω *Exc.*, om. Γ 153 cuncta Ω , culta *Exc.*
 ardore Ω *Exc.*, arbusta *Heinsius*

at circa passim fessae cubuere capellae
excelsis subter dumis, quos leniter adflans 155
aura susurrantis poscit confundere venti — —

pastor ut ad fontem densa requievit in umbra,
mitem concepit proiectus membra soporem,
anxius insidiis nullis, sed lentus in herbis
seculo pressos somno mandaverat artus. 160

stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
ni Fors incertos iussisset ducere casus,
nam solitum volvens ad tempus tractibus isdem

immanis vario maculatus corpore serpens,
mersus ut in limo magno subsideret aestu, 165

obvia vibranti carpens, gravis aere, lingua *knist, brist f/176*
squamosos late torquebat motibus orbis:

tollebant taurae venientis ad omnia visus. *f/172*
iam magis atque magis corpus revolubile volvens

(attollit nitidis pectus fulgoribus et se ecce 170 *magis atque magis*
sublimi cervice caput, cui crista superne *getortp. altollet*

edita: purpureo lucens maculatur amictu *f/164*
aspectuque micant flammaram lumina torvo).

metabat sese circum loca, cum videt ingens *metabat*
adversum recubare ducem gregis: acrior instat 175

154 At Ω , Et *CW*, Ad *F*, Quem *Exc.* passim (-um Γ)
fessae Ω , fessae (fuse *e*) passim *Exc.* 155 Excelsis subter
Heyne, Excelsis supra *Exc.*, Excelsisque (-sique *F*) super
(supra Γ) Ω quos *Exc.*, qu(a)e Ω leniter *Exc.* ΓF , leuiter
VCL 156 susur(r)antis Ω *Exc.*, susurratis Γ poscit *VCL*,
possit *Exc.* $\Gamma F A$ 160 pressos Ω , pressus Γ 161 quietem Ω ,
soporem *V* 163 isdem *Bembus*, id(a)e Ω , yde *VE*, idem ζ
164 corpore Ω , corpora *F* 165 subsideret *Bembus*, sub
sideris Ω 166 Obuia Ω , Obuiam *F* uibranti Ω , uibrati Γ
gravis aere (aera *F*) lingua Ω , om. Γ 167 Squamosos Ω ,
Suamosus F motibus ΓC , montibus *VFL* 168 aur(a)e
(aute *V*) Ω , irae *Leo*, fortasse acies 170 pectus Ω , corpus *V*
et se Ω , ecce *Ribbeck*, effert *Friesemann* 171 Sublimi Ω ,
Sublime *F* 172 maculatur Ω , -tor *F* 173 micant ζ , micat Ω
lumina *A* ζ , lumine Ω 174 sese Ω , late *V*

lumina diffundens intendere et obvia torvos
saepius arripiens infringere, quod sua quisquam
ad vada venisset. naturae comparat arma:

ardet mente, furit stridoribus, insonat ore, *f. Klotz 40. Ov. fast. 1, 592
oro sonante*

flexibus eversis torquentur corporis orbes, 180

manant sanguineae per tractus undique guttae, *f. Ov. met. 2, 30. Klotz 40*

spiritibus rumpit fauces. cui cuncta parantur,
parvulus hunc prior umoris conterret alumnus

et mortem vitare monet per acumina; namque 185

proleptot.

qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
hac senioris erat naturae pupula telo

icta levi, cum prosiluit furibundus et illum

obtritum morti misit, cui dissitus omnis

spiritus excessit sensus. tum torva tenentem

lumina respexit serpentem comminus, inde 190

impiger, exanimis, vix compos mente refugit

et validum dextra detraxit ab arbore truncum. *151919*

qui casus sociarit opem numenve deorum,

176 intendere et Ω , intenderet F obvia Ω , ouia Γ torvus

Sillig, tornus *Helmstad.*, toruo Ω , torua Γ 177 Saepius Ω ,

Saeuius *Bothe* quisquam Ω , quisq; V 178 comparat Ω , genae

computat Γ 179 Ardet Ω , Ardet et Γ insonat Γ , intonat $VFCL$

180 euersis Ω , euexis Γ torquentur e. orbes TSE , torquetur

e. orbis VCL 181 tractus Ω , tractim Γ 182 parantur

Housman, paranti Ω 183 conterret VL , continet Γ , conter-

retet F , conterit C alum(p)nus Ω , alumnis C 184 vitare

monet (ma- C) Ω , uitam remouet Γ 185 genas Ω , genae

Bothe gemmis Ω , gemmas Γ 186 senioris VC , se moris GFL

naturae Ω , natura Γ pupula Ω , popula $V^1 WEA^1$, pabula C

187 Icta $V^2 \leq$, Iacta Ω , Tacta *Schrader* 188 Obtritum (-trict-

V^1) Ω , *puto* Obtritu morti Ω , mortis Γ 189 excessit Ω ,

et cessit *Housman* sensus Ω , sensim $V^2 \leq$ tum Ω , dum Γ ,

cum C 190 com(m)inus Ω , quo minus Γ inde $VFCL$,

unde Γ 191 exanimis VS , -mi Γ , -mus FCL compos Ω ,

campos Γ refugit Ω , resurgit $V^2 \leq$ 192 Et ualidum dextra

cf. *Don. Ter. And. 483 p. 164, 13 h. 'ista' dicendo, ne pudenda nominaret*
Anth. Pal. XII 208 κείνα. Ar. Ach. 1149 τὸ δὲ ναῦ (v. Liddell-Scott).
Euphom. ista aut. Juv. 9, 73. AP VI 104, 6 τὸ ἄτο. 306, 4 οὐδὲν ἐξάρτος. XI 29, 5.
Lucian, Dial. mor. 5, 2 ἀτό. Juvenal 9, 73 ista.

35-39: qui spectat (37 non hospes aut. unde Wil. 311 a. E.). Das gibt
 auch eine Folge. hervor: 1) pereat 34 a pereat 37 oberhalb untertan-
 in Ansetzung, 2) 34ke an Tal dürfte i. Wie in Copa erst am Absatz
 aufhört. (cf. Leo zu 36). Also 38 vom hospes gesproch.

Zur Sache vgl. die Handschrift von Pompeii: *festai copovam (sic): Corte, Traversi*
scavi (1924) p. 22. Ant. bei Dicht. Pomp. Haut. (1931)

MORETVM

CODICES

v. praef. p.

Ω = archetypus omnium codicum ad Carolinos allatus

F = Fiechtianus, nunc Mellicensis cim. 2 saec. X . . . 12

P = Paris. lat. 16236 (Sorbon. 511) saec. X . . . 15

D = Paris. lat. 7930 saec. XI . . . 15

R = Vindob. lat. 134 saec. XI—XII . . . 15

M = Monacenses

m = Monac. lat. 305 saec. XI—XII . . . 14


n = Monac. lat. 18059 saec. XI . . . 14

S = Stabulensis, Paris. lat. 17177 saec. X . . . 10
1—39 primae litterae perierunt

L = 'ludi iuvenalis' libri v. ante CULICEM p. 44
(de € v. ante DIRAS p. 68)

ς = Italorum correctiones in codd. recentioribus, quales
enumerari p. 68 in his Helmshtat. (p. 14), s. XV secund.

Ribb., app. Vitzg. p. 2
stemma codicum:



Moretum Sueti: Baobro p. 285. Mord p. 53. Vgl. auch interessant u.
 Kallebrand. Ueber Suetius Schz-Hos. I 271
 Ueber, v. R. Heinge, Ant. 15, 1939, 76ff., u. vorz. gl. Bhtly (Entstehungsg. ovid.)
 Moret. nach Panchonios? cf. ed. Martini p. 25

Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas
 excubitorque diem cantu praedixerat ales,
 Simylus exigui cultor cum rusticus agri
 tristitia venturae metuens ieiunia lucis
 membra levat vili sensim demissa grabato ^{agripatoris Rehebat} 5
 sollicitaque manu tenebras explorat inertes
 vestigatque focum, laesus quem denique sensit.
 parvulus exusto remanebat stipite fomes
 et cinis obductae celabat lumina prunae.
 admovet his pronam summissa fronte lucernam 10
 et producit acu stuppas umore carentis
 excitat et crebris languentem flatibus ignem.
 tandem concepto, sed vix, fulgore recedit
 oppositaque manu lumen defendit ab aura
 et reserat clausae quae pervidet ostia clavis. 15

titulus: P. VIRGILII MARONIS MORETVM vel similiter eodem sensu
 praescribunt Ω , similiter subscriptum in PSE, nihil in ceteris
 1 nox Ω , mox radendo corr. in nox m 3 Similus FPDRS,
 Sumilus A, Symilus (-ius T) BET, Similis (-is corr. in -us n)
 MW; cf. 10. 53. 121 agri Ω , (h)orti ξ 4 ieiunia Ω , lei-
 unia S 5 uili sensim Ω , sensim uili Helmst., sensim fragili ξ
 demissa F²RW ξ , dimissa F¹PDMSBEAT 6 explorat Ω ,
 extersit RM in(h)ertes vel -tis Ω , inanes n¹ 7 focum Ω ,
 focum P l(a)esus quem (bis et hic et post v. 31 RM, laesa
 quem D post 31 et ex 31) DRM, qui laesus corr. in laesus
 qui F, quem lesus P, l(a)esus qui SL sensit Ω , sentit Helm-
 stad. ξ 8 fomes Scaliger, fumus Ω 9 Et Ω (Sn. l.), Sed ξ
 lumina Ω , -ne R 10 fronte Ω , om. S 11 acu Ω , acus R
 13 sed uix Is. Vossius et Bücheler, sed lux Ω , tenebrae Helm-
 stad. ξ recedit Ω , recedunt Helmstad. ξ 14 Oppositaque Ω ,
 -toque P 15 claus(a)e Ω , clausa RM Helmstad. ξ , cf. Leo,
 Arch. f. lat. Lex. 10, 438 qu(a)e FSL (i. Ω), qua PDRM
 clausis Ω , clavi Helmstad. ξ

fusus erat terra frumenti pauper acervos:
 hinc sibi depromit quantum mensura patebat,
 quae bis in octonas excurrit pondere libras.
 inde abit assistitque molae parvaque tabella, 20
 quam fixam paries illos servabat in usus,
 lumina fida locat; geminos tunc veste lacertos
 liberat et cinctus villosae tergore caprae
 perverrit cauda silices gremiumque molarum.
 advocat inde manus operi partitus utrique:
 laeva ministerio, dextra est intenta labori. 25
 haec rotat adsiduom gyris et concitat orbem
 (tunsa Ceres silicum rapido decurrit ab ictu)
 interdum fessae succedit laeva sorori
 alternatque vices. modo rustica carmina cantat
 agrestique suom solatur voce laborem, 30
 interdum clamat Scybalen (erat unica custos,
 Afra genus, tota patriam testante figura,
 torta comam labroque tumens et fusca colore,

16 terra Ω , terras S , terrae *Helmstad.* ξ 17 Hinc Ω ,
 Hanc n quantum Ω , tantum R patebat SL , petebat
FPDRM 18 bis in SLF^2 , bifido F^1PDRn , bis et m
 octonas Ω , octenas PD excurrit Ω , occurrit *Helmstad.* ξ
 19 adsistitque (vel ass-) Ω , adstititque P 20 illos Ω , longos
Vat. 2759 21 tunc Ω , tum *Sillig* 22 tergore *FPDRM*,
 tegmine SL 23 Peruerit *FPDSL*, Peruertit RMW , Prae-
 uerit ξ gremiumque molarum Ω , geminumque molarem ξ
 24 Aduocat Ω , Admouet *Vat. 2759* ξ partitus Ω , partus S
 utrique *FPDRM*, om. S , utrimque BET ξ , utrumque WA
Helmstad. ξ 26 H(a)ec Ω , Hinc ξ adsiduom (vel ass-) Ω ,
 adsiduis *Helmstad.* ξ 27 Tunsa FRM , Tusa PD , Tonsa SL ,
 Trita *Helmstad.* ξ silicum rapido Ω , rapido silicum *Vat. 2759*
Helmstad. ξ decurrit Ω , decurrat R^1m 28 succedit Ω ,
 succurrit *Vat. 2759* 30 uoce Ω , utre *Voss. 81* 31 Inter-
 dum Ω , Interea ξ scybalen (-e F^1) Ω , scybalen R ; cf. v.
 50. 119 post versum 31 repetunt versum 7 DRM atque in n
 ipsa manus 1 versum 7 prius omissum inter versus 31 et 32
 addidit 32 Afra Ω , Ipsa DRM propter v. 7 post 31 repetitum
 tota patriam SL , patrium (-am F^2) tota *FPDRM* 33 Torta Ω ,
 Torta per D colore Ω , calore BE^1A^1T

pectore lata, iacens mammis, compressor alvo,
 cruribus exilis, spatiosa prodiga ^{plantae} planta) 35
 hanc vocat atque arsura focus imponere ligna 35^a: Haupt op. 138
 imperat et flamma gelidos adolere liquores.
 postquam implevit opus iustum versatile finem,
 transfert inde manu fusas in cribra farinas
 et quatit ac remanent summo purgamina dorso. 40
 subsidit sincera foraminibusque liquatur
 emundata Ceres. levi tum protinus illam
 componit tabula, tepidas super ingerit undas
 contrahit admixtos nunc fontes atque farinas,
 transversat durata manu liquidoque coacto, 45
 interdum grumos spargit sale. iamque subactum
 levat opus palmisque suom dilatat in orbem

41—42 Ceres ob sincerus allegatur a variis grammaticis seris
 cum nomine Vergili; cf. Gramm. lat. suppl. p. CCL

47 Micon 116 (PLMA III p. 284) DILATO: leuat opus palmis-
 que suum dilatat in orbem V.

34 pectore $W \xi$, pectora Ω iacens Ω , gerens RM , iacent
 vel tument ξ compressor (-ensior corr. in -essior n^1) Ω , com-
 plexior ξ 35 prodiga Ω , prodigia $F^2 WB \in A$ (non T) planta Ω ,
 plantae $F^2 W^1$ 43^a
 post versum 35 hunc habent Helmstad. et
 pars ξ : Continuis rimis calcanea scissa rigebant, om. Ω , sed in B
 imo margini adpersit Bembus, item W^2 (saec. XVI) addidit in
 margine 36 ligna Ω , lingua S 37 adolere Ω , bullire RM
 adolere liquores Ω , om. D^1 , add. D^2 38 opus $FPDRMA$,
 om. $SWB \in T$, ideo in S interpolatum est Postquamque, in ξ
 versui praepositum Sed vel Et iustum u. finem SL , iusto u.
 fine $FPDRM$ 39 Transfert $FPDRMW$, Transferat
 $SBEAT$ inde SLF^2 , illa $FPDRM$ fusas (fuscas R) Ω ,
 tusas $Wolf$ 40 ac $SE^2 F^2$, ar W , hac $\in^1 AT$, hac B , h(a)ec
 $F^1 PDRM$, et Helmstad. ξ 41 Subsedit Ω , Subdidit $D^1 T$,
 Subsedit Helmstad. ξ sincera Ω , sincere $B \in A$ liquatur Ω ,
 cōlatur $Voss. 81 \xi$ 42 Emundata $FPDRM$, Emendata $F^2 SL$
 tum Ω , tunc Helmstad. ξ illam Helmstad., $Voss. 81 \xi$, illa Ω
 44 Contrahit Ω , Cum trahit $F^1 PD$ admixtos Helmstad.,
 $Voss. 81 \xi$, admixtas Ω nunc Ω , tum Helmstad. ξ , tunc $Voss. 81$
 fontes FRM , frondes $PDSL$ 45 coacto Ω , coactu D^1 ,
 coacta S 46 grumos SL , gremio $FPDRM$ subactum Ω ,
 subacta S 47 opus Ω (Micon), corpus P dilatat Ω , dilata S

et notat impressis aequo discrimine quadris.
 infert inde foco (Scybale mundaverat aptum
 ante locum) testisque tegit, super aggerat ignis. 50
 dumque suas peragit Volcanus Vestaque partes,
 Simylus interea vacua non cessat in hora,
 verum aliam sibi quaerit opem neu sola palato
 sit non grata Ceres, quas iungat comparat escas.
 non illi suspensa focum carnaria iuxta, 55
 durati sale terga suis truncique vacabant,
 traiectus medium sparto sed caseus orbem
 et vetus adstricti fascis pendebat anethi:
 ergo aliam molitur opem sibi providus aeris. *Sap. Ribb.*
 hortus erat iunctus casulae, quem vimina pauca 60
 et calamo rediviva levi munibat harundo,
 exiguōs spatio, variis sed fertilis herbis.
 nil illi deerat quod pauperis exigit usus: *cf. Cael. 58*
 interdum locuples a paupere plura petebat.
 nec sumptus erat ullius [opus], sed regula curae: 65
 si quando vacuum casula pluviaeve tenebant *recula op. Ribb.*
 festave lux, si forte labor cessabat aratri,
 horti opus illud erat. varias disponere plantas

48 (a)equo Ω , equo R 49 infert Ω , infret S focos
 cybale male separant $B \in A T$, focos (*om. reliqua versus parte*) S
 mundauerat Ω , mundeuerat P 50 aggerat Ω , aggregat S
 51 netaque Ω , nastaque $P D$ 52 Similus $F P D R M \in$, Si-
 milis $n^1 S$, Symilus $W B A$, Symilius T 53 neu sola palato Ω ,
om. S 54 non Ω , cū R 55 carnaria Ω , carnalia (*cum*
glossa bradun D) $F^1 D$ 59 (a)eris $S L$, (ha)eros $F P D R M$,
 herbis *Ribbeck* 61 Et Ω , E R rediviva Ω , redimita *Helm-*
stad. Voss. 81 \leq leui Ω , leua n 64 plura Ω , plara D^1 ,
 multa \in 65 erat ullius $F D$, ullius $R M$, erat ullus $P S L$,
 erat huius *Voss. 81 Vat. 2759* opus Ω , *del. Mähly* Simylus
in hortum nullum impendebat sumptum aut pecuniae aut tem-
poris, vacabat ei colendo secundum regulam a ceteris curis
petitam 66 casula Ω , casulae $R \leq$ pluviaeve $S L$, pluviae-
 que $F P D R M$ 67 Festave lux $S L$, Festa vel (uelox *s. s. F^2*)
 $F P D$, Festaque uel $R M$ forte Ω , morte n cessabat Ω ,
 -bit *corr. in -bat F*

norat et occultae committere semina terrae
 vicinosque apte circa summittere rivos. 70
 hic holus, hic late fundentes brachia betae
 fecundusque rumex malvaeque inulaeque virebant,
 hic siser et nomen capiti debentia porra
 grataque nobilium requies lactuca ciborum
 crescitque in acumina radix 75
 et gravis in latum dimissa cucurbita ventrem. *Agroq. 4, 122*
 verum hic non domini (quis enim contractior illo?), *fructus uult. Eng-*
 sed populi proventus erat, nonisque diebus *Remerq. panti. f. populus*
 venalis umero fasces portabat in urbem: *RE 17, 1468, 24*
 inde domum cervice levis, gravis aere redibat 80 *f. Verg. eccl. 1, 35*
 vix umquam urbani comitatus merce macelli. *Fleischmarkt*
 caepa rubens sectique famem domat area porri
 quaeque trahunt acri voltus nasturtia morsu

70 que Ω , om. F^1 circa Bücheler, cura Ω rivos ex
 longiore vocabulo correxit P 71 (h)olus L, colus S, locus
 (t. olus s. s. F^2) F^1 PDRM fundentes L, fundantes S, fundentis S, fundentis PDRM b(a)et(ha)e Ω , om. S 72 Fecundusque Ω ,
 Fecundus (om. que) R rumex Ω , runt ex S malu(a)eque
 FPDRM, malu(a)e (om. que) SL inul(a)eque SLF², inilaeq; F^1 , milaeq; PDRM, uiolaeque Helmstad. ϵ post 72
 dant Helmstad. et ϵ : Plurima crescit ibi surgitq; in acumina
 radix; cf. ad v. 75 73 debentia SLF², tepentia F^1 PDRM
 porra Ω , portat R, porri WAT, cepa Helmstad. ϵ post 73
 inserunt Helmstad. Voss. 81 aliiq; ϵ hunc versum: Hic etiam
 nocuum capiti gelidumque papauer 75 traditur mancus:
 Crescitque in acumina radix FPDRM, C nihil amplius S,
 Quae crescit in acumine radit L; explorare conati sunt ϵ : Plurima
 crescit ibi surgitque in acumina radix (cf. post v. 72) vel Plurima-
 que in terram detrudit acumina radix (sic Helmstad., Vrb. 350
 ac fere Voss. 81); supplementum incertissimum, cum novom
 nomen herbae non desideretur 76 dimissa Ω , demissa W
 Helmstad. ϵ 77 hic Ω , haec M illo Ω , illo est Helmstad. ϵ
 78 proventus SLF², profectus F^1 PDRM nonisque Pithou,
 holerum Bembus, Voss. 81 ϵ in Ω , ad m 81 comitatus
 merce SLF², uacua (-us F^1) mercede F^1 PDRM 82 famem Ω ,
 famam PD 83 uultus Ω , uulnus m nasturtia FPM,
 -cia DRSL

intibaque et venerem revocans ^{Rauhe/Kostant} eruca morantem.
 tunc quoque tale aliquid meditans intraverat hortum. 85
 ac primum, leviter digitis tellure refossa,
 quattuor educit cum spissis alia fibris,
 inde comas apii gracilis rutamque rigentem
 vellit et exiguo coriandra trementia filo.
 haec ubi collegit, laetum consedit ad ignem 90
 et clara famulam poscit mortaria voce.
 singula tum capitum nodoso corpore nudat
 et summis spoliat coriis contemptaque passim
 spargit humi atque ^{Voss} abicit. ^{Zitel/Kroland} servatum germine bulbum
 tinguit aqua lapidisque cavom demittit in orbem. 95
 his salis inspargit micas, sale durus adeso
 caseus adicitur, dictas super ingerit herbas
 et laeva vestem saetosa sub inguina fuleit:
 dextera pistillo primum fragrantia mollit
 alia, tum pariter mixto terit omnia suco. 100
 it manus in gyrum: paulatim singula vires
 deperdunt proprias; color est e pluribus unus,

84 Intibaque Ω , Intubaque D eruca Ω , eruca S
 85 meditans Ω , meditaris F^1 86 Ac $FPDRMW$, Hac SL ,
 Hanc T tellure Ω , tellura P refossa $RMSLF^2$,
 refusa F^1PD 87 spissis (-it P) $FPDRM$, spicis SL
 allia Ω , alia SW , alea P 88 graciles Ω , grandes S^1 sed. corr.
 ipsa in marg., gracilis $Voss$. 81 rigentem Ω , uirentem $Helmstad.$
 Voss. 81 ξ 89 coriandra Ω , coliantra D 90 l(a)e-
 tum Ω , laetus ξ 91 poscit Ω , possit P 92 corpore Ω ,
 pectore n , cortice $Voss$. 81 ξ , uertice $Helmstad.$ 93 coriis Ω ,
 coreis L contemptaque $FPSL$, coniectaque DRM , temp-
 tataque ξ 94 abicit ξ , adicit Ω (in) germine $Schrader$,
 gramine Ω bulbum Ω , bullum F^1Rn , boluum m 95 aqua Ω ,
 aquae Rm lapidisque Ω , labidisque R demittit $D\xi$, di-
 mittit Ω 96 inspargit $DRMSL$, inspergit FP , aspergit
 $Helmstad.$ Voss. 81 ξ sale Ω , om. D durus Ω , durius F^1
 97 ad(i)icitur Ω , addicitur D^1 ingerit F^1 $Helmstad.$ Voss. 81 ξ ,
 inserit $F^2PDRMSL$ 98 inguina $FPDRMS^2$, inguine
 S^1L 99 fragrantia $Helmstad.$, Voss. 81 ξ , flagrantia Ω , frag-
 lantia FD 100 Allia Ω , Alia PS , Alea T 101 It Ω , Et R

nec totus viridis, quia lactea frustra repugnant,
 nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
 saepe viri nares acer iaculatur apertas 105
 spiritus et simo damnat sua prandia voltu,
 saepe manu summa lacrimantia lumina terget
 immeritoque furens dicit conyicia fumo.
 procedebat opus nec iam salebrosus ut ante
 sed gravior lentos ibat pistillus in orbis. 110
 ergo Palladii guttas instillat olivi
 exiguique super vires infundit aceti
 atque iterum commiscet opus mixtumque retractat.
 tum demum digitis mortaria tota duobus
 circuit inque globum distantia contrahit unum, 115
 constet ut effecti species nomenque moreti.
 eruit interea Scybale quoque sedula panem,
 quem laetus recipit manibus, pulsoque timore
 iam famis inque diem securus Simylus illam
 ambit crura ocreis paribus tectusque galero 120
 sub iuga parentis cogit lorata iuveneos
 atque agit in segetes et terrae condit aratrum.

103 lactea Ω , singula RM frustra $FRSWA$, frustra
 $PDMBE^1T$ 105 uiri Ω , uires S^1 106 simo Ω , simio F^1 ,
 summo ε prandia Ω , pandia P 107 terget $FPSL$, tergit
 D^1RM 108 Immeritoque Ω , Immeritosque D 109 Pro-
 cedebat Ω , Procedabat D nec $FPDRM$, non SL 110
 grauior Ω , grauior P , grauior $Helmstad.$, $Voss. 81 \varepsilon$ lentos
 $FDRM$, lentus PSL , lentusque $Voss. 81 \varepsilon$ pistillus Ω , pistillo
 R^1 orbes Ω , orbem $R \varepsilon$ 113 retractat Ω , retractat D , re-
 curuat $Helmstad.$ ε 114 mortaria Ω , -lia n^1 duobus $Voss.$ diebus
 corr. in duobus S 115 Circuit $FDRMW$, Circumit S^2BE^1AT ,
 Circuit et S^1 , Circum mitt P unum Ω , in \bar{u} P 117 scybale
 $FPRMW$, scybale DS , cybale $BEAT$ 118 l(a)etus
 $FPDRMSAT$, retus WBE , lotis $Helmstad.$ ε , letis $Voss. 81 \varepsilon$
 119 Iam famis $FPDRM$, Infamis SL similis DRm ,
 symilus $FPSBEAT$, simulul nW illam Ω , illum n^1 120
 Ambit Ω , Abit P 122 segetes Ω , -em n aratrum Ω ,
 aratum P post 122 iterum addit F^2 hoc ordine 122. 121



Faint, illegible text covering the majority of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is arranged in several horizontal lines and is too light to be transcribed accurately.

Einige
Punkte
die
sich
auf

Für Gallus vor Skutuli:

A. Moinske, Euphor. Vit. et script., Danzig 1823,
54.

Voss, Verg. col. 2 1830 zu col. 6, 74

Markel, Ov. Arist. 1837, 367ff.

CIRIS

v. κείρα, of Ov. met. 8, 151
(Civ. 788)

Ausg: Helm Stippendorfer, Cir., #26g (Winter) 1937, Gzpr. v. W. Schmitz—
 Croncabroock Gronw. 16, 1940, 213. Gzpr. Ausg. v. Hielkema, Utrecht 1941
 Nash Ovid: Klotz H. 57 (1922) 589-99. So schon ganzemittelalter Florid.
 CODICES Suppl. 20 (1894) 533 ff

Ω = archetypus


- Exc. = versus 339 assumptus in florilegium, de quo v. ante CVLICEM p. 44 et v. praef. p. 4
- B = Bruxellensis 10675—6 saec. XII non habet nisi versus 454—541 17
- Z = codex deperditus, ad quem redeunt: 15
- H = Helmstadiensis bibl. Guelph. 332 saec. XV
- L = Vat. lat. 3255 scriptus a Pomponio Laeto
- A = Arundelianus mus. Brit. 133 saec. XV
- R = Reh digeranus bibl. Vratislav. 125 saec. XV

ς = correctiones Itolorum

Liebe zum Belagorer
 abtes Motiv: ex ADas Z 35.
 Komaitko - Amphiteyon: Holzinger
 Z. Lykophr. Alex. 934

Grazer Frg. gefund.
 1953: s. Ehlers Gr.
 '59, 59

stemma codicum:



Weiteres z. Cirisfoage:
 Lang PhilW '83, 1042
 Axelson Gu. '52, 423.
 Ehlers, M. Hchr. '57, 65
 W. Kroll, Lat. Phil. (1919) 59

Conjectura: Cajaniga, St. JH. '60, 125-45

erste der Entstellungen b. Volken. 1907, 365. Ferner PLM II 186

Kroll Stud. 13, 36. 175. ¹⁹² Helu II 72 (1937) 78-103

Für Ekkht: Oltramare 1929 (cit. b. Oltramare, Virgile 1930. p. II. 5.)

Zu vgl. auch Schmidt RE Skylla 655-8

Knappeheit der Erzählg: Latte Phil. 90, 152

Reitst. H. 48, 250 "Eingang Ten Ciris"

Etsi me vario iactatum laudis amore ^{eksi unverg: Helu II. 72, 94}
 irritaue expertum fallacis praemia volgi
 Cecropius suavis expirans hortulus auras ^{Klotz 595. Kp 595 Epionis}
 florentis viridi sophiae complectitur umbra,
 ut mens quiret eo dignum sibi quaerere carmen 5
 longe aliud studium atque alios accincta labores
 (altius ad magni suspendi sidera mundi
 et placitum paucis ausa est ascendere collem),
 non tamen absistam coeptum detexere munus,
 in quo iure meas utinam requiescere musas 10
 et leviter blandum liceat deponere morem.
 quod si, mirificum genus o Mes⁵⁹(sala ^{Helu 94. genus = G'dicht}

1 cf. Catull. 65, 1ss. 3 cf. Catull. 64, 87 ^{Klotz 595} 4 cf. Verg. 29 (194) 29. Zu-
 Aen. 1, 694 9 cf. Lucr. 1, 418 11 cf. Catull. 76, 13 ^{cher II. 76, 382 p.}

CIRIS titulus: De cirrina H, P. Virgilio Maronis ad Mes-
 salam Cyris L, P. virgilio maronis Cyris incipit A, P. M. Vir-
 gillii illu. Poetae Cyiris feliciter incipit R

1 uario Z, vano Heinsius 3 ortulus HLA, hotulus R
 auras HLA²R, herbas A¹ 4 Florentis uiridi s. c. umbra
 Ald. 1517, Florentes uiridis s. c. umbras Z 5 Vt mens Büche-
 ler, Tum mea H, Tu mea L, Tum ea AR, Tum mens Keil;
 mens Catulli exemplo commendatur nec iam credo post 6
 excidisse versum cum vocula sinon musa at Camena vel simili
 quiret post alios Bücheler, qu(a)eret Z, curet Leo, quod minus
 placet 6 atque alios HAR, aliosque L; non opus est legi
 adque 7 parentheton ab hoc versu incipere melius quam a
 versu 6 perspexit Leo 7 suspendi H², suspendit H²AR, sus-
 pensu L 8 placitum HL, placidum AR paucis HA¹R,
 multis A²L ausa Z, causa H¹ 9 absistam Z, ads- H¹
 detexere Z, dextere H¹ 10 In quo HLA², In qu(a)e A¹R
 iure Z, rite Schrader 11 leuiter HLA, leniter R morem Z,
 amorem s ex Catullo 12 genus omnes reliquo versu vacuo Z,
 genus omne s (onare valerem) Birt; Quod si, m. genus, o Mes-
 (sala parentum), m. saeculis, m. s. t. v. l., — si Leo

Massalacos.
 20 pC: Klotz
 599

Notiz der Liebe zw. Bolagereu u. Bolageton: Aristot. H. 559 R

mirificum †sedi modo sit tibi velle libido,
 si me iam summa Sapientia pangeret arce
 (quattuor antiquis heredibus est data consors), 15
 unde hominum errores longe lateque per orbem
 despiciere atque humilis possem contemnere curas,
 non ego te talem venerarer munere tali,
 non equidem (quamvis interdum ludere nobis *cf. Helin. II. 72, 94*)
 et gracilem molli liceat pede claudere versum), 20
 sed magno intexens (si fas est dicere) peplo,
 qualis Erectheis olim portatur Athenis,
 debita cum castae solvontur vota Minervae
 tardaue confecto redeunt quinquennia lustro,
 cum levis alterno zephyrus concrebuit euro 25
 et prono gravidum provexit pondere currum —
 felix ille dies, felix et dicitur annus,
 felices qui talem annum videre diemque —
 ergo Palladiae textuntur in ordine pugnae,
 magna Giganteis ornantur pepla tropaeis, 30
 horrida sanguinea pinguntur proelia Gorgo,
 additur aurata deiectus cuspide Typho,

17 *cf. Lucr. 2, 9*

32 *cf. Varro Atacin. frg. 9 Baehrens*

13 sedi *HA R*, secli *L*; *cf. 41*; saeculis ζ , set enim ζ uelle *Z*,
 nosse *Baehrens* post *versum 13 orationem hiare puto* 14 me *Z*,
 mea *H*² summa *Z*, summas *H*² sapientia *HA*², patientia
*LA*¹*R* arce *A*² *Ald. 1517*, artes *Z* 17 Despiciere *LAR*,
 Disp-*H* possem ζ , possim *H*²*AR*, possum *H*¹*L* 20 ver-
 sum *LA R*, versim *H* 22 Qualis *Z*, Quale *H*² erechtheis ζ ,
 eritheis *H*¹*A*¹*R*, erictoniis (*quasi glossa*) *H*², erictheis *A*², Eryc-
 teis *L* 23 nota *HA*¹*R*, dona *LA*² 24 Tardaue *Taub-*
mann, Tardaue (-ne *H*) *Z* 25 zephyrus *LA*, -irus *RH*²,
 -iris *H*¹ concrebuit *HA*, -bruit *LR* 26 pondere *Z*, ponde *R*
 currum *Barth*, cursum *Z* 27 ille *HL*, illa *AR* 28 qui
 talem *Z*, talem qui *R* 29 textuntur *LA*², textentur *HA*¹*R*
 30 giganteis *Z*, -tes *H*¹ 31 sanguinea p. p. Gorgo *Baehrens*,
 sanguineo p. p. *Z*, tum corco *H*¹, coco *H*², cocco *A*²*L*, socco
*A*¹*R*, succo *Ald. 1517* 32 deiectus *Ald. 1517*, delectus *Z*
 typho (thi-*H*) *HL*, typhon *AR*

qui prius Ossaeis consternens aethera saxis
 Æmathio celsum duplicabat vertice Olympum —
 tale deae velum sollemni tempore portant: 35
 tali te vellem, iuvenum doctissime, ritu
 purpureos inter soles et candida lunae
 sidera, caeruleis orbem pulsantia bigis,
 naturae rerum magnis intexere chartis,
 aeterno <ut> sophiae coniunctum carmine nomen 40
 nostra tuom senibus loqueretur pagina saeculis. *cf. Catull. 95, 6*
 sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes,
 nunc primum teneros firmamus robore nervos,
 haec tamen interea quae possumus, in quibus aevi
 prima rudimenta et iuvenes exegimus annos, 45
 accipe dona meo multum vigilata labore
 promissa atque diu iam tandem ,
 impia prodigiis ut quondam exterrita proles
 Scylla novos avium sublimis in aere coetus
 viderit et tenui conscendens aethera penna
 caeruleis sua tecta super volitaverit alis, *Scylla Kurzname f. Scylla
Ehrh. 7. 0 v. not. 8, 7* 50
fragm. com. 512, cf. Leo H 42, 78. 64

44 cf. Catull. 101, 7 ss. 46 cf. Cinna frg. 11, 1 Bachrens
 49 cf. georg. 1, 404 51 cf. buc. 6, 81

33 duplicarat Bachrens male olympum (oli- H) Z, in A
 coeptae ce, deinde c deleta e mutata scriptum olipū 35 tem-
 pore HAR, in tempore L portant Z, portant A¹ 36 uellem
 HL, uelim AR 38 orbem Z, caelum L bigis HA¹ R,
 signis LA² 39 rerum Z, uerum R 40 (A)eterno Heinsius,
 Aeternum Z ut om. Z, add. Nic. Loensis 41 tuum HL,
 tecum A¹ R, item errore A², voluit tuum loqueretur Z, se-
 queretur L seclis Z, sedis H¹ 45 habent HLA, om. R
 iuvenes HA¹, primos A² L exegimus A, exigimus HL 47 Pro-
 missa atque diu iam tandem nihil amplius in versu HA¹ R,
 Et promissa tuis non magna exordia rebus interpolaverunt LA²;
 <reddita vota> Leo, <carmina narrent> Sudhaus 48 exterrita
 proles Vollmer, exterruit (-ernit H¹, r super m H², terruit R)
 amplis Z, exterrita amoris Schrader; cf. Cul. 334 49 Scilla
 HL, Sylla AR et sic fere per totum carmen 50 Viderit Z,
 cf. Leo, Hermes 37, 315 aet(h)era AR, sidera (sy- L) HL
 penna LAR, pinne H¹, penne H² 51 super LAR et Vergili R
Klotz H. 57, 571
H. 73, 262

hanc pro purpureo poenam scelerata capillo,
pro, patris solvens excisa et funditus urbe.

complures illam magni, Messala, poetae *Knaack RhM 57, 285*

nam verum fateamur: amat Polyhymnia verum) 55

longe aliam perhibent mutatam in membra figuram

Σκολλῶν

Scyllaeum †monstra saxum infectata †vocari;

illam esse aerumnis quam saepe legamus Vlixī

candida succinctam latrantibus inguina monstribus

Dulichias vexasse rates et gurgite in alto 60

Leah. 42, 68

ss. patitur credere

depressos nautas canibus lacerasse marinis.

sed neque Maeoniae patiuntur credere chartae

nec malus istorum dubiis erroribus auctor.

namque alias alii volgo finxere puellas,

quae Colophoniaco Scyllae dicantur Homero, 65

Κράταις μ
124 Μήτιος δὲ
Hom. Σκῆψα

ipse Crataein ei matrem; sed sive Crataeis

52 cf. georg. 1, 405 55 cf. eatal. 5, 12. Catull. 62, 16
59-61 = buc. 6, 75-77 (a, timidos) cf. georg. 4, 421 ad 59
cf. etiam Cul. 331 66 Hom. Od. 12, 124

52 scelerata Z, conscelerata H¹ 53 Pro HAR, Proque

L; exclamationem agnovit Sillig, cf. 185 patris Z, patrio

Ribbeck et H, om. L, est AR funditus Z, -tur H¹ A²

54 Complures Ald. 1517, Cum plures Z illam A¹ et A²,

illam et L, illa HR 55 amat Z, amant L polhymnia H,

polymnia (-im- R) LR, polimia A 56 aliam p. mutata in

m. figuram HAR, alia p. mutatam m. figura L perhibent

HLA, prohibent R 57 monstra (in add. L) saxum HL,

monstra saxosum (in saxa s. s. A²) A, saxo monstra R;

[Leah. 42, 68

monstro saxum Haupt] infectata (ta *delevit* et ss. corrupta H)

HA¹ R, contenta L, conuersa A²; infestare Haupt, infestasse

Bachrens, infectasse Stöger uocari (uōri H) HLA², uocauī

A¹ R, voraci Hertzberg, Haupt; vide ne post 56 versus exciderit

58 esse A², messeā A¹ R, se L, messe (messana s. s. H³) H

[Leah. 42,

erum(p)nis Z, om. R 61 lacerasse Z et codd. buc., latrasse R

62 meoniae Z, meenie H² ante patiuntur habent hec LA²

om. Z 64 uulgo Z, fulgo H¹ finxere LAR, fingere H

65 dicantur HL, dicuntur AR 66 Crataein ei Sillig scil.

'dicit', gratinei HAR, cratein L, Crataein ait Heyne siue Z,

sine H Crataeis Heinsius, eritheī Z

sive illam ^{dat.} generavit Echidna biformi ^{idem Typhon}
 sive [est] necutra parens atque hoc in carmine toto ^{conspicuum}
 inguinis est vitium et veneris descripta libido;
 sive etiam iactis speciem mutata venenis ^{Idem met. 14, 5870}
 infelix virgo (quid enim commiserat illa?
 ipse pater timidam saeva complexus harena
 coniugium castae violaverat Amphitritae;
 at tamen exegit longo post tempore poenas, ^{Sibi Amphitrite}
 ut cum †cura tuae veheretur coniugis alto 75
 ipsa trucem multo misceret sanguine pontum);
 seu vero, ut perhibent, forma cum vinceret omnis ^{Scylla = circ. mear-}
 et cupidus quaestu passim popularet amantes, ^{Scylla (36)}
 piscibus heu canibusque malis vallata repente est ^{Idem met. 14, 65 ff}
 (horribilis circum vidit se sistere formas: 80
 heu quotiens mirata novos expalluit artus,
 ipsa suos quotiens heu pertimuit latratus),

71 *Verg. buc. 6, 47. 52 a, virgo infelix* 72 *Cat. 64, 21*

67 generavit Echidna *Housman*, genuit graena (-enna *H*²)
*HA*¹*R*, genuit grandea *L*, idemque volens effecit grandena *A*²
 monstrum genuit grave Echidna biformis *Haupt* 68 sive
 necutra *Vollmer*, Sive est neutra *Z* 69 est uicium et *HAR*,
 id uitium (*om. et*) *L* 70 iactis *HA*¹*R*, exactis *LA*² 72 timi-
 dam seua *HLA*², nudam seua *A*¹, scaeam iudā *R* sola
Ruardi cf. Catull. 64, 57 complexus *L*, complexit *HAR*
 73 castae *Schwabe*, carte *HA*¹*R*, car(a)e *A*²*L* amphitrit(a)e
*HA*¹*R*, -tes *A*²*L* 74 At *LAR*, Ast *H* 75 cum *HA*¹*R*,
 tum *A*²*L* cura tu(a)e *HAR*, cura suę *L*; cura sui *male Nic.*
Loensis; conieci curvatae ueheretur *Z*, pheheretur *H*¹ alto
*HLA*², alt(a)e *A*¹*R* post 75 *versum excidisse reor ut* <se-
 curus. loturam inspergeret invida tabo>; *namque poenas exegit*
Amphitrite, non Scylla, cum veheretur procul Neptunus, non
Scylla, ut misceret Scylla; aliter licet similiter Schol. Lycophon.
 46 p. 35 *Scheer* 76 misceret *Z*, miseret *R* 77 perhibent *Z*,
 prob- *R* uinceret *Z*, -rit *H* 78 popularet *A*¹*R*, proclaret
 (roci *delevit ut evaderet pilaret H*²) *H*, spoliaret *A*²*L* 79 heu
Schwabe, et Z, en Leo, qui ordinat 78. 83. 84. 79, cum Haupt
 80 ante 79 *delegaverit* que malis *HA*¹*R*, rabis *A*²*L* *p. 7*
 ual()ata *Z*, fallata *H*¹ 80 se *H*²*AR*, si *H*¹, sibi *L* 81 Heu
*Z, Neu H*¹ 82 pertimuit *HA*¹*R*, pertimuisse *A*²*L*

ausa quod est mulier numen fraudare deorum
 et dictam Veneri uotorum auertere poenam,
 quam mala multiplici iuuenum ^{consaepta} catervā ⁸⁵
 dixerat atque animo meretrix ^{iactata} iactata ferarum ^{consaepta atq.}
 (infamem tali merito rumore fuisse ^{Sigil.}
 docta Palaëpaphiae testatur voce Pachynus):
 quidquid et ut quisque est tali de clade locutus,
 omnia [†]sim: potius liceat nescere cirin ⁹⁰
 atque unam ex multis Scyllam non esse puellis.
 quare quae cantus meditantium mittere [†]caecos ^{laotos Hpt. Helm}
 magna mihi cupido tribuistis praemia, divae
 Pierides, quarum castos altaria ^{postis} ^{Die Altäre nach. in Türpf.}
 munere saepe meo inficiunt foribusque hyacinthi ⁹⁵
 deponunt flores aut suave rubens ^{narcissus} ^{Kloß 571}
 aut crocus alterna coniungens lilia caltha ^{Engelblanc}
 sparsaque liminibus floret rosa — nunc age, divae,

86 cf. Catull. 64, 97 96 cf. buc. 3, 63, 5, 38 97 cf.
 buc. 2, 50

84 Et dictam HA^1R , Edictam A^2L uotorum (not- H^1) Z,
 donorum *Baehrens* auertere *Scaliger*, uertere Z voto inter-
 vertere *Sillig* 85 mala HLA^2R , modo A^1 consaepta
Sillig, quod (s. s. quia H^2) septa Z 86 iactata Z i. *diffa-*
mata 87 merito rumore *Cuiacius*, meritorum more Z 88
 palepaphi(a) *sic* Z, palam Paphiae *Ganzenmüller* pachinus
 (-inn- H^2) Z; *ibi igitur in templo Veneris inscriptionem de Scylla*
fuisse putandum 89 quisque est HAR , quisquis L 90 Om-
 nia sim (sunt A^2L) HA^2L , Omne suam A^1R ; *Somnia sunt*
Heinsius, *Nisaeam Sillig*, *Iam Nisi Leo*; *opinor dimittam*
cirin H, *cyrim (sir antea delevit A) AR*, *crein L* 91 Atque Z;
coneci Hancque 92 qu(a)e HA^1R , et qu(a)e A^2L medi-
 tanti HA^1R , -tati A^2L c(a)ecos (ab H^2 s. s. *glossa obscuros*)
 H^2AR , cocos H^1 , certos L; cf. *Theo. III 45, 45 ss.* 93 Magna
 mihi *Ald. 1517*, Magnam hi(i) HA^1R , Magna nimis A^2L
 cupido (-de H^2) tribuistis HA^1R , cupidis tribuisti A^2L diue
 H^2 , diua Z 95 foribusque HL , floribusque AR hya-
 cinthi L, iacincti HA , iacenti R 96 rubens Z, rubens-
 que A^1 97 calta HLA , calca R 98 liminibus Z, lum-
 age HA^2L , agite A^1R

*) 96. Es gibt keine rose nach *Narcissus*: Kloß 570

praecipue nostro nunc aspirate labori
atque novom aeterno praetextite honore volumen. 100

sunt Pandionis vicinae sedibus urbes *Pantion Kg v. Athon*

Actaeos inter colles et candida Thesei

purpureis late ridentia litora conchis,

quarum non ulli fama concedere digna *cf. Catull. 68, 131 / cf. App. Verg.*

stat Megara, Alcathoi quondam munita labore, 105 *J. Morol*

Alcathoi Phoebique: deus namque affuit illi,

unde etiam citharae voces imitatus acutas

saepe lapis *recrépat*, *Cyllenia münere*, pulsus *Cyllene-Berg, Geburtsstätte des Hermes*

et veterem sonitu Phoebi testatur honorem.

hanc urbem ante alios qui tunc fervebat in armis 110

fecerat infestam populator remige Minos,

hospitio quod se Nisi Polyidos avito

Carpathium fugiens et flumina Caeratea

texerat. hunc bello repetens Gortynius heros

Attica Cretaea sternebat rura sagitta. *cf. Arn. 9, 665: 444* 115 572

sed neque tunc cives neque tunc rex ipse veretur

116 cf. Catull. 64, 68

99 labori Z, -re in ri corr. H¹ 100—105 omiserat H¹,
addidit H² in margine 100 pr(a)etextite LAR, pert- H²

102 Acteos H²L, Actheos AR colles H²L, vrbes colles A,

colloes R thesei H²AR, Tempa L 103 late A²L, lateri

H²A¹R 104 ulli H², nulli LAR 105 Alcathoi Ribbeck,

act(h)ei Z (acteonis s. s. H²) munita Ald. 1517, mutata Z

106 Alcathoi Ald. 1517, Alc(h)ato(a)e AR, Allcato & (pro c voluit

r et post o add. e H²) H, Arcadio L deus Ald. 1517, decus Z

illi Z, illic H² 107 imitatus Ald. 1534, imitantur HLA,

imittatur R 108 munera HA, murmura R, menia L pul-

sus Z, pulsus A 109 sonitu A²L, solito H¹, solitum H²A¹R

honorem HL, amorem AR 110 ante Z, inter R tunc AR,

tum HL feruebat H², forebat H¹, florebat A²L, ferebat A¹R

111 populator L, -to H, -ta AR minos Z, s. s. mios (sic) A²

112 quod cod. Adalb., que Z, quo Contarenius se Nisi Polyidos

auito Contarenius, senis hypolidosa (hip- A²R) uito (uicto A²,

uiro R) HA²R, senis hipolisoda uiro A¹, senis nihil amplius

in hoc versu L 113 ceratea HL, ceratea AR 114 hunc Z,

huc L cortinius HA, continuis R, corynthius L 115

At(t)ica Z, Actica L rura Z, ruta R 116 tunc ... tunc Z,

tum ... tum Haupt, cf. Catull.

iratum potuit, quem nec pater atque avos idem
 Iuppiter (ille etiam Poenos domitare leones
 et validas docuit vires mansuescere tigris,
 ille etiam divos ^{Heinsius} homines — sed dicere magnum est)
 idem tum tristis acuebat parvulus iras.
 Iunonis magnae (cuius periuria divae
 olim †se meminere diu) periura puella 140
 (non ulli liceat) violaverat inscia sedem,
 dum sacris operata deae lascivit et extra
 procedit longe matrum comitumque catervam
 suspensam gaudens in corpore ludere vestem
 et tumidos agitante sinus aquilone relaxans. 145
 necdum etiam castos gustaverat ignis honores
 necdum sollemni lympha perfusa sacerdos
 pallentis foliis caput exornarat olivae,
 cum lapsa e manibus fugit pila cumque relapsa
 procurrit virgo. quod uti ne prodita ludo 150

135 cf. buc. 5, 27. georg. 1, 464 ss. 142 cf. Lucr. 1, 72
 146 cf. georg. 2, 539 148 cf. georg. 3, 21. buc. 5, 16

135 ille etiam *LAR*, etiam ille *H* 136 vires *HA¹R*,
 uictas *A²*, uictas *L* 137 homines *Z*, omnes *Heinsius* mag-
 num *Z*, magni *H²* 138 tum tristis *HA¹R*, cum superis *A²L*
 paruulus *Z*, parulus *H¹* 139 cuius *Z*, cui *H¹* periuria *Z*;
intellego iura laesa 140 Olim se *Z*, nisi quod *A¹* habuit si;
sensus videtur esse: cuius deae iura laesa tot nymphae me-
minere diu periura *HAR*, peritura *L* puella *H²*, puellae
Z, nisi quod in *A* e ultima post a a manu 2 addita videtur
 141 ulli ed. *Ascens. 1507*, nulli *Z* liceat *HAR*, lictam (s. s.
 pro relictam) *L* uiolauerat *Z*, -euerat *A¹* 143 Procedit
HLA², Procidit *A¹R* matrum *Z*, macrū *R* cateruam ed.
Ascens. 1507, caterua *Z*; *potes etiam longe* <e> 145 agitante
HLA, -are *R* 146 etiam *LAR*, et *H* castos *LA*, custos *H*,
 castros *R* gustauerat *HA¹R*, agitauerat *A²L* 148 Pallentis
Z, -antis *A¹* exornarat *HA²*, exornat *A¹R*, -natus *L*
 149 lapsa e *L*, lapse *HAR* relapsa *Vollmer* (cum est *praep.*),
 relaps(a)e *HAR*, relaxe (ss *supra* x) *L*, relapsa est *Heinsius*,
 elapsa est *Ribbeck* 150 quod *HA¹R*, quo *A²L*

aurea iam gracili solvisset corpore pallam.
omnia quae retinere gradum cursusque morari
possent, o tecum vellem tua semper haberes:
non unquam violata manu sacraria divae
iurando, infelix, nequiquam iure piasses. 155

etsi quis nocuisse tibi periuria credat?
causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno. *Jupiter*
at levis ille deus, cui semper ad ulciscendum
quaeritur ex omni verborum iniuria dictu,
aurea fulgenti depromens tela pharetra 160
(heu nimium terret, nimium *Juno* Tiryntia visu)
virginis in tenera defixerat omnia mente.

quae simul ac venis hausit sitientibus ignem *beim Blick v. d. Staffmann*
et validum penitus concepit in ossa furorem,
saeva velut gelidis Edonum Bistonis oris 165
ictave barbarico Cybeles antistita buxo
infelix virgo tota bacchatur in urbe
non styrace Idaeo fragrantis picta capillos, *Styrax ein Kosmos-
licam*

160 cf. *Aen.* 5, 501 . 161 cf. *Aen.* 11, 841 . 163 ss. cf.
Aen. 4, 90. 101. 474. 501 . 165 cf. *Calvus Io frag.* 12 B . 167 cf.
Aen. 4, 300 s. 4, 68 s. 7, 376 ss. 168 cf. *Catull.* 64, 63 ss.

151 Aurea (*i. pila*) iam Z, Auratam *Iacobs*, Aureolam
Housman pallam HA¹R, palla A²L 153 uel(l)em tua Z,
velamina *Sudhaus* 154 unquam HLR, numquam A manu L,
manus HAR 155 nequiquam (-quit- H) Z iure *Hein-*
sius, iura Z urendo . . . tura *Sillig* 156 nocuisse A²L, no-
cuisset HA¹R tibi LAR, ibi H 157 iuno Z, vino R
158 ad ulciscendum *Ald.* 1517, adolescendum HA¹R, -ntum
A²L dictu H, dicto LAR, sed vide an A¹ dederit dicta
161 ter(r)et HA¹R, tereti A²L Tiryntia varie scriptum Z,
i. Iuno uisu HA¹R, iussu A²L 162 in tenera L, interea
HAR defixerat LAR, defixent H¹, defixaui H² ut vid.
163 simul ac LAR, simulat H (s. s. postquam H²) 165 *Seua*
HLA, *Scaeva R* gelidis Edonum *Constantius Fanensis*, ge-
lidi (gelilidi H¹) sidonum (syd- AR) Z oris *Const. Fan.*, hon-
noris (-res LAR) Z 166 Ictave Z, Ictaq; R antistita H²,
antista H¹, antistia LA², antistica A¹R 168 Non storace
(-ce R) Z, Stemate non H² ideo HL, ide(a)e AR fla-
grantis (-es L) Z picta Z, tincta *Schrader*, uncta *Heinsius*

vincta Cagg. 126

^{not.} coccina non teneris pedibus Sicyonia servans,
non niveo retinens ^{baeata} bacata monilia collo. 170

multum illi incerto trepidant vestigia cursu:
saepe redit patrios ascendere perdita muros ^{patrios (cf. Helv.) not. ad Prop. 2, 7, 13}
aerisque facit causam se visere turris,
saepe etiam tristis volvens in nocte querelas
sedibus ex altis †caeli speculatur amorem 175

castraque prospectat crebris lucentia flammis.
nulla colum novit, carum non respicit aurum,
non arguta sonant tenui psalteria chorda,
non Libyeo molles plauduntur pectine telae;
nullus in ore rubor (ubi enim rubor, obstat amori). 180
atque ubi nulla malis reperit solacia tantis
tabidulamque videt labi per viscera mortem,
quo vocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
fertur et horribili praeceps impellitur oestro,
ut patris, a demens, crinem de vertice serum ^{ferret Ald. uia, Helv.} 185
furtim atque argute detonsum mitteret hosti.

169 cf. Lucil. 1161, Lucr. 4, 1125 170 cf. Aen. 1, 654
185 cf. buc. 2, 60 187 cf. Catull. 99, 15

169 Coccina Baehrens, Cognita Z Sicyonia Const. Fan.,
sic omnia Z seruans Z, seruas R 170 retinens H²A, -nes
H¹LR 171 Mul(l)tum HLA, Multo R 172 redit Z, petit
Baehrens perdita H², prodita Z 173 Aereasque (-iasq; H²)
H²LAR, Senasq; H¹ causam Z, causa H² se Z, sibi
Haupt 175 ex LAR, et H c(a)eli Z, tecti Heyne, vel sic
Leo; opinor caecis 177 non Z, nec L 179 plauduntur
LARH², blanduntur H¹ 180 enim (-n. LA) Z, om. H
181 malis Z, magis corr. in malis H¹ reperit Z, -tit H
184 (o)estro Z, ostro L 185 a(h) demens HA²R, ah demum
A¹, ademptum L crinem H²AR, crimen H¹L serum
(i. sero demptum) H¹A¹R, sectum H², seruet A²L, sacrum
Sillig 186 Furtim atque HL, Furtimque AR argute
Vollmer, arguto Z 187 miserae proponitur Ald. 1517, nisi
erepto (sic H, ereptae A¹, creptę R) ponitur HA¹R, nisi raptō
opponitur A²L

namque haec condicio miserae proponitur una

 sive illa ignorans (quis non bonus omnia malit
 credere quam tanti sceleris damnare puellam?),
 heu tamen infelix: quid enim imprudentia prodest? 190

Nise pater, cui direpta crudeliter urbe
 vix erit una super sedes in turribus altis,
 fessus ubi extracto possis considerare nido *Nicus? Vrandia in Vogel*
 (tu quoque avis moriere): dabit tibi filia poenas. *204, 528*
 gaudete, o celeres, subnixae nubibus altis, 195
 quae mare, quae viridis silvas lucosque sonantis
 incolitis, gaudete, vagae, laudate, volucres.

vosque adeo, humanos mutatae corporis artus,
 vos, o crudeli fatorum lege, puellae *Rh. H. 73, 262*
 Dauliades, gaudete: venit carissima vobis 200
 cognatos augens reges numerumque suorum *viele Atkämlinge der*
 ciris et ipse pater. vos, o pulcherrima quondam *Pandion (102) in Vogel*
 corpora, caeruleas praevertite in aethera nubes, *brantell, c. Gub.*
ernot.

194 cf. 52 et georg 1, 405 195 cf. Catull. 64, 23 ss.
 Macer frg. 5 196 cf. buc. 10, 58, georg. 4, 364

post 187 lacunam indicavi ut et Sudhaus, qui supplet (sive hoc addixit sceleris sibi conscia regi); pactum cum Minoe initum (cf. 405. 420. 422) memorandum fuisse iam vidit Leo, qui tamen post 185 orationem hiare putat 188 non Z, ue R 189 tanti sceleris ed. Junt., tanto scelere (-ri L) Z 190 imprudentia HL, prudentia AR 191 Nise Z, Nisi H¹ cui (quoi A) direpta (-tae A¹) HAR, cum quo rapta L 192 Vixerit uno verbo Z 193 extracto Z, extincto H¹ possis Z, poscis A¹ considerare Ald. 1517, censere HA¹R, censendere A²L 194 quoque HLR, que A moriere Z, metuere G. Hermann 195 Gaudete (-te L) o LAR, Gaudete eo H subnix(a)e HLA, subnixae R 196 lucosque HAR, fluuiosque L 197 laudate HA¹R, bland(a)eque A²L, gaudete Schwabe 198 Vosque HA¹R, Vsque A²L humanos AR, -ne H, -ni L mutatae Z, imitate A¹ 199 Vos H²A¹R, Vox H¹, Vix A²L crudeli Ald. 1517, crudelis HL, -es AR 200 gaudete Scaliger, crudele Z ex 199 uobis Z, nobis R 201 suorum Z, sororum Barth 202 Ciris H¹L, Cirris H², Cyris AR 203 preuertite HLA², peruertite A¹R

Daulis die
Walt her Te
sons

qua ^{Nisus 528}novos ad superum sedes haliaetos et qua
 candida concessos ascendat ciris honores. ^{cf. Helin} 205 ^{H. 72, 82}
 iamque adeo dulci devinctus lumina somno
 Nisus erat vigilumque procul custodia primis
 excubias foribus studio iactabat inani: ^{Wabe geg. äuf. Faidia unmitz}
 cum furtim tacito descendens Scylla cubili ^{cf. Klotz 589}
 auribus erectis nocturna silentia temptat 210
 et pressis tenuem singultibus aera captat.
 tum suspensa levans digitis vestigia primis
 egreditur ferroque manus armata bidenti ^{cf. V. catol. 109: Klotz 592}
 evolat: at demptae subita in formidine vires
 caeruleas ^{cf. Klotz 593}sua furta prius testantur ad umbras. 215
 nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
 vestibulo in thalami paulum remoratur et alti
 suspicit ad †caeli nictantia sidera mundi
 non accepta piis promittens munera divis. ^{nicht augenom. v. Don Gott.}
 quam simul Ogygii Phoenicis filia Carme 220
 surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi

206 cf. Catull. 64, 122 208 cf. buc. 2, 5 210 cf. Aen.
 1, 152. 2, 303 (ubi erectis V ut videtur) 211 cf. Aen. 3, 514
 214 cf. Aen. 6, 290 219 cf. Catull. 64, 103 220 cf. Aen. 4, 90

204 haliaectus Scaliger, calcheius Z et qua A²L, et
 aqua HA¹R 205 concessos Z, concessos L¹ ascendat Z,
 -unt H¹ cyris HAR, ciris L 206 devinctus H, devinctus
 LAR 207 primis (-us L¹) Z, primas Lindenbruch 209
 tacito Z, tacio R 210 erectis A¹R, erectus H¹ sic, arreptis L,
 ereptis H², arectis A²; cf. sched. Veron. Aen. 2, 303 Stat. Theb.
 12, 362 211 pressis Z, primum L 212 leuans Z, -as R
 213 Egreditur Z, Egredit H bidenti A²L, uidentis HA¹R
 214 Euolat Z, Auolat Baehrens, Devolat Leo at A²L, aut
 HA¹R 215 testantur H, testatur LAR 216 limen Z,
 lumen H¹A¹ 217 remoratur H²A²L, -tus H¹R, -tas A¹
 alti HA¹R, altum A²L, alte Hertzberg 218 Suspicit Z, Sus-
 cipit A ad c(a)eli Z, adclinis Leo, ad celsi Scaliger nictantia
 Scaliger, nutantia vel -cia H²AL, mut- H¹R mundi Z, multa
 Baehrens, frustra Sudhaus, uterque servato caeli 220 ph(o)eni-
 cis Z, uenicis (fe- H²) H¹ c(h)arme Z, carmē A¹ 221 Sur-
 gere Z, Pergere Baehrens anus Z, sed nu ex aliis mutavii A²

marmoreo aeratus stridens in limine cardo),
 corripit extemplo fessam languore puellam
 et simul 'o nobis sacrum caput' inquit 'alumna,
 non tibi nequiquam viridis per viscera pallor 225
 aegroto tenuis suffundit sanguine venas
 nec levis hoc faceret (neque enim pote) cura: subegit

aut fallor, quod ut a potius, ^{Nemesis} Rhamnusia, fallar.
 nam qua te causa nec dulcis pocula Bacchi
 nec gravidos Cereris dicam contingere fetus? 230
 qua causa ad patrum solam vigilare cubile
 tempore, quo fessas mortalia pectora curas,
 quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
 dic age nunc miserae saltem quod saepe petenti
 iurabas nihil esse mihi, cur maesta parentis 235
 formosos circum virgo remorere capillos.

222 cf. *Aen.* 1, 449 228 cf. *Aen.* 10, 631 229 cf. *Aen.*
 3, 354 230 cf. *georg.* 2, 143 *Ov. met.* 8, 294 233 cf. *Calvi*
frg. 13 *Baehrens et buc.* 8, 4

222 Marmoreo *HL*, -re *A*, -rea *R* (a)eratus *Z*, cratus
 an oratus *H*¹ cardo *Z*, tardo *H* post 222 *versum qualis*
 <currit et ut potuit gressu sectata senili> excidisse retur *Leo*
 224 simul o *A*² *L*, famulo *HA*¹ *R*, vel famulus s. s. *H*² alumna *Z*,
 -nae *Ald.* 1517 225 ne (nec *R*) quicquam (quit-*H*) *Z* pal-
 lor *Z*, pallet *A*¹ 226 Egroto *H*, -tos *L*, -tas *AR* tenuis
cod. Adalb., tenui *Z* suffundit *Z*, -udit *L* uenas *Z*, uul-
 tus *L* 227 pote (s. s. potens *H*²) *HAR*, puto *L* post 227
lacunam indicavi; aliter statuit Leo qui sic explebat: pote
 228 Aut *HA*¹ *R*, cf. *Aen.* 10, 630 *Thes. ling. Lat.* II 1569, 80 ss.,
 Haud *A*² *L* quod ut a *Baehrens*, quod ut o *Schrader ex Aen.*
 10, 631; quo duta *H*¹, quod ita *H*², quod ... *A*¹ *R*, quod te
*A*² *L* ramnusia *LAR*, rann-*H* fallar *ed. Iunt.*, fallor *Z*,
 fallit *A*² (non *L*) 229 qua *A*² *L*, qu(a)e *HA*¹ *R* pocula *Z*,
 bo-*A*¹ 230 grauidos *Z*, -dus *H* 231 Qua *ed. Ascens.*
 1507, Qu(a)e *Z* solam *HL*, sola in *AR* 233 rapidos *Z*,
 -dus *H* 234 saltem (-im *L*) quod *LAR*, saltemq; *H* 235
 cur *H*², cum *LAR*, tum *H*¹ 236 Formosos *Z*, -sus *H* remo-
 rere *ed. Paris.* 1501, morere *H*¹, morerere *H*² *LAR*

*) 232 cf. *lasso (basso frat.) in sudore Catull.* 62, 61

sicht: Leo H. 37
39

Musica, ex ect.
84. Leo H. 42, 45
Jahn H. 37, 172
Klop 593

ermidand, cf. *Georg.*
requiott. *Paris*
s. *folm*

ei mihi, ne furor ille tuos invaserit artus,
 ille, Arabae Myrrhae quondam qui cepit ocellos, *Myrrhas Vat. Cingras*
 ut scelere infando (quod nec sinat Adrastea)
 laedere utrumque uno studeas errore parentem. *Vat. 240 u. Martor, s. Goltz*
 quod si alio quovis animi iactaris amore
 (nam te iactari, non est Amathusia nostri
 tam rudis ut nullo possim cognoscere signo),
 si concessus amor noto te macerat igni:
 per tibi Dietynae praesentia numina iuro, 245
 prima deum mihi quae dulcem te donat alumnam,
 omnia me potius, digna atque indigna, laborum *677, 128*
 milia nisuram, quam te tam tristibus istis
 sordibus et sanie patiar tabescere tali'.

haec *Loenne* loquitur mollique ut se velavit amictu 250
 frigidulam iniecta circumdat veste puellam,
 quae prius in tenui steterat succincta crocota. *Gorsani*
 dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
 persequitur miserae causas exquirere tabis.
 nec tamen ante ullas patitur sibi reddere voces, 255

241 cf. Catull. 64, 372 242 cf. Catull. 68, 17 243 cf.
 georg. 1, 394 247 cf. Aen. 9, 595

237 Hei Z 238 arabe R, -bee H, -bea A¹, -bis A²L mirr(a)e
 (my- L) LAR, mirra H 239 sinit adrastea (-tia A²) A²L, sinita
 tristeia H, om. A¹R nec sinat Nic. Loensis 240 uno LA²R,
 ymo H, imo A¹ 241 alio quovis HLA², quovis alio A¹R
 animi Haupt, animis HA¹R, -mo A²L amore A²L, -rem HA¹R
 242 Nam HL, Nec AR amat(h)isia Z 244 Si HAR, Sin L
 igni HL, igne AR 245 dictinn(a)e HL, dictime A², om.
 A¹R lacuna relicta numina LAR, -ne H iuro Z, iuno H¹
 246 mihi quae dulcem te Leo, quae dulce mi(c)hi te Z, dulcem
 mihi quae te ed. Iunt. 247 laborum HA¹R, laturam A²L
 248 nisuram H, uis- LAR quam H²LAR, que H¹ 249
 sanie Sudhaus (cf. 226), seonia H¹ (s del. H²), om. A¹, scoria
 A²L, morbo R; carie Barth, senio anonymus 250 H(a)ec Z,
 Nec H¹ 252 in Z, ut L crocota Scaliger, corona Z
 253 figens Z, fingens R 254 Persequitur ed. Ascens. 1507,
 Persequimur H. Prosequitur LAR tabis anonym. misc. obs.
 IV 325, talis HA¹R, tales A²L

Hiat

marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
 illa autem 'quid me' inquit, 'nutricula, torques?
 quid tantum properas nostros novisse furores?
 non ego consueto mortalibus uror amore
 nec mihi notorum deflectunt lumina voltus 260
 nec genitor cordi est: ultro namque odimus omnis.
 nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
 in quo falsa, tamen lateat pietatis imago,
 sed media ex acie, mediis ex hostibus — heu, heu,
 quid dicam quove agam malum hoc exordiar ore? 265
 dicam equidem, quoniam tu nunc non dicere, nutrix,
 non sinis: extremum hoc munus morientis habeto —
 ille, vides, nostris qui moenibus assidet hostis,
 quem pater ipse deum sceptri donavit honore,
 cui Parcae tribuere nec ullo vulnere laedi 270
 (dicendum est, frustra circumvehor omnia verbis) —
 ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.
 quod per te divom crebros obtestor amores
 perque tuom memori sanctum mihi pectus alumnae,

= nullo Lepid. Syn. 216

— cf. Georg. 3, 215

cf. ad 302

263 cf. *Aen.* 6, 405. 9, 294. 10, 824 266 cf. *Aen.* 6, 722
 267 paene = *buc.* 8, 60 268 cf. *Aen.* 6, 760. 11, 304 269
 cf. *Aen.* 6, 781

256 quam *HLA*², quem *A*¹*R* intra *Z*, intro *Ribbeck*
 257 quid *Z*, quod *R* me *HA*¹*R* cum hiatu *Vergiliano*,
 nunc me *A*²*L*, sic me *Leo* 258 nostros *Z*, nostro *R*
 261 est *Z*, om. *A*¹ 262 amari *Z*, -re *A*¹ 263 pietatis *Z*,
 pistatis *H*¹ 264 mediis (-ius *H*) *HLA* mediisque *R* heu
 heu *LAR*, heu *H*, eheu *Bachrens* 265 quoue *HLA*, quidue *R*
 agam *HAR*, ipsa *L*, aegra *Bachrens* hoc *HAR*, om. *L*
 266 tu nunc non *H*², tunc non *H*¹, tum non *A*¹, tu non *R*,
 quid (*hoc etiam s. s. A*²) non tibi *L*, tu me non *Bachrens*
 dicere *Z*, -et *A*¹ 267 sinis *Z*, -us *H*¹ 268 qui *Z*, quin *H*¹
 assidet *Z*, assistet *H*¹ 269 honore *Z*, -em *H*¹ 270 Cui *Z*,
 Qui *H*¹ parc(a)e *Z*, parce et *L* tribuere *HA*¹*R*, tribuunt
*A*²*L* nec ullo *HAR*, nullo quod *L* 271 est *HA*, om. *LR*
 frustra *Z*, frustra *R* 273 per te *AR*, te per *HL* obtestor
*HA*²*L*, testatur *A*¹, testamur *R* 274 memori sanctum *Sillig*,
 memoris auctum (*haustum A*²*L*) *Z*, memori suctum *Haupt*

ut me si servare potes, nec perdere malis, 275
 sin autem optatae spes est incisa salutis,
 nec mihi quam merui invidetas, nutricula, mortem.
 nam nisi te nobis malus, o malus, optima Carme,
 ante in conspectum casusve deusve tulisset,
 aut ferro hoc' (aperit ferrum quod veste latebat) 280
 'purpureum patris dempsissem vertice crinem
 aut mihi praesenti peperissem vulnere letum'.

vix haec ediderat, cum clade exterrita tristi
deposuisse Scaliger, deposuisse BAR, deo posuisse H

Bueh. op. II 473

Litznermann, Virgil u. Cat. Fskhr. Poland (in Ph W. 1932) 175

et inde tot per orbitosa milia
iugum tulisse, laeva sive dextera
strigare mula sive utrumque coeperat

neque ulla vota semitalibus deis
sibi esse facta praeter hoc novissimum,
paterna lora proximunque pectinem.

sed haec prius fuere: nunc eburnea
sedetque sede seque dedicat tibi,
gemelle Castor et gemelle Castoris.

20

25

Haupt op. I 146.

Marmorale (at I) 139

XI (XIV)

cf. N. Gall. epigr. 61

'Quis deus, Octavi, te nobis abstulit? an quae
dicunt, a, nimio pocula dura mero?'
'vobiscum, si est culpa, bibi; sua quemque sequuntur
fata: quid immeriti crimen habent cyathi?'
'scripta quidem tua nos multum mirabimur et te
raptum et Romanam flebimus historiam,
sed tu nullus eris, perversi dicite Manes,
hunc superesse patri quae fuit invidia?'

Sicco historia

auch N. 10. Heinsius

Fig. of Peter H. R.

Ip. 10

cf. Ann. 4. 349

cf. Das Inschriftl. griech. Epigr. 6. Pasq. Riv. fil. 50, 351

17 Et inde B Catull., It inde H, Tunde AR tot BH
Catull., tona AR milia B, malia H, mala AR 19 mula
ed. Zarothi 1482, mulas Ω coeperat AR, ceperat BH post 19
versum deesse vidit Masius; interposuit exempli gratia simul
reducere error a via pecus Bücheler 21 nota B Catull., nota
AR, nocte H deis Ω, diis Catulli codd. 22 Sibi Catull.,
Tibi Ω facta Catull., sancta (-te A) Ω praeter B, propter Z
23 lora Ω, loro A/ 24 Sedetque Z, S&Q; B sedes (soc- A)
eque (aeque AR) Ω XI 1 octavi B, optavit Z 2 Dicunt
a nimio Vrb. 353, Dicunt animo (-mi B) BH, Dicuntur animo AR
dura Ω, ducta Heinsius/ mero BH, meo R, mea A 3 si
BH, sic AR culpa bibi Haupt, culpabili Z, culpabile B 1, 17, 22
quemque Ω, quamque H 4 Fata AR, Facta BH quid
immeriti B, quidem menti Z crimen Ω, crinem H habent
BH, habere AR ciat(h)i BH, om. AR; cf. Anth. Pal. 7, 725, 3
5 ante tua erasa videtur n in B 7 tu nullus Z, tumultus B
8 Hunc B, Nunc Z que B, quot H, quod AR

proximum s. bu
xenum con.

proximum s. bu
xenum con.

Hains. of Latte

Bericht PhW 32

1546

Fiktion Vergils

curialis sola des Praetors

XII (N) cf. U

Superbe Noctuine, putidum caput,
datur tibi puella quam petis, datur;
datur, superbe Noctuine, quam petis.
sed, o superbe Noctuine, non vides
duas habere filias Atilium,

5

<duas>, et hanc et alteram, tibi dari?
adeste, nunc adeste: ducit, ut decet,
superbus ecce Noctuinus — hirneam.

Handwritten note: *Handg. of Bist. Rh. M. 1910, 347*

thalassio, thalassio, <thalassio>.

XIII (V)

Handwritten note: *nicht-vergil: Menge Hor. I 6499*

lacere me, quod alta non possim, putas,
ut ante vectari freta

nec ferre durum frigus aut aestum pati
neque arma victoris sequi?

valent, valent mihi ira et antiquos furor
et lingua qua [†]assim tibi

Handwritten notes: *v. 1-5 vor Cosen*, *Yerg. kar. Solial? Bist. 143*

5

XII 9 *Marius Victorinus gramm. VI 137, 23* facit . . . ver-
sum iambicum trimetrum tam 'Simonides' quam 'negotio' re-
petitum ter, haud alias quam [ut] aiunt fecisse Vergilium
nostrum iambico epigrammate 'thalassio, thalassio, thalassio'.

XII 1 Superbe Ω, Vperbe R noctui ne puditum (sic) B,
noctu repudium (sic) Z 2 petis Ω, patis H 3 noctui
ne B, noctui nam Z 4 o B, om. Z noctui ne non BH,
noctui non ne AR 5 filias atilium Z, filia satilium B 6 Duas
Ald. 1517, om. Ω 7 ducit Z, dicit supra versum add. B
8 noctuinus B, nocturnus Z hirneam BH², hineam H¹,
yrneam R, ymeam A, herniam Scaliger; cf. 13, 39 9 tha-
lassio ter *Marius Victorinus*, thalassio bis B, talasio bis Z

XIII 1 lacere me B, lacere H, lacere AR alta (ultima ex
corr.) B, alto Z 2 ante B, tant(a)e Z uectari BR, nectari
HA 3 aut BH, nec AR 4 Neque Ω, Nec quod H 5 ira
et Ald. 1517, irate B, re et Z, irae et Burmann 6 qua assim
(adsim Z) Ω; qua adsiem Wagner, quis adsim Jahn, qua iam
adsim Oudendorp, qua sat sim Scaliger, qua adsignem Buecheler;
conieci qua affigam quam quassam tibi (cf. Ceter 218) Wal-

Handwritten note: *lor Ph W 1926, 191.*

et prostitutae turpe contubernium
 sororis (o quid me incitas,
 quid, impudice et improbande Caesari?)
 seu furta dicantur tua *doine Diabstale varralen ues 10*
 et heluato sera patrimonio
 in fratre parsimonia
 vel acta puero cum viris convivia
 udaeque per somnum nates
 et in scio repente clamatum insuper 15
 'thalassio, thalassio' —
 quid palluisti, femina? an ioci dolent?
 an facta cognoscis tua?
 non me vocabis pulcra per Cotytia *44. HOR. ep. 17, 54. Dist 150*
 ad feriatos fascinos *Phallos "Phallosienel" Dist 150* 20

XIII 12 dubitari potest an hunc versum in animo habuerit auctor de dubiis nominibus GRAMM. V 587, 3 Parsimonia generis feminini. sed Virgilius parsimonium tempus sibi dixit.

7 prostitute B, prestite Z turpe B² AR, turbe B¹ H
 8 o B, om. Z quid Q, quod R 9 et Q, om. D caesari R,
 cesar A, cesaris B, esaris H 10 Seu B, Sed Z furta Q,
 furtim H 11 helluato sera Ald. 1517, helle uatos era B,
 eleuato sera H, leuato sera R, leuatos era A 12 In fratre Z,
 Infrate B parsimonia Q, parisimonia H v. 13—16 et s. in
 H dati sunt scriptura gothica, tamen ut videtur ab H¹ 13 con-
 uuiua BH, comunia A, contimunia R 14 Vdaeq; B²,
 Vdeq; B¹, Vt deq; H, Vt AR somnum B, som(p)nium Z
 inter somnium et uates lacuna relicta in AR nates BH²,
 uates Z 15 Et Q, E R 16 Thassalio thassalio B¹, corr.
 in thalassio thalassio (sic) B², Talasio bis AR, Talesio bis H
 post 16 in Z leguntur tamquam huius carminis versus (nullum
 in B vestigium)

Callide (Allide R) mage sub h(a)ec e(a)eli (teli A) est iniuria
 Antiquis hospes non minor ingeniis (-is R¹) [secli
 Et quo roma uiro doctis certaret athenis (ah- H¹)

Ferrea (Te- H) sed nulli uincere fata datur
 corruptum nescio cuius humanistae in Vergili mortem praema-
 turam carmen, aliquando margini adpersum 17 Quid Q,
 Vid R an Z, om. B 18 cognoscis Q, cōgnoscis corr. in cor
 noscis A 19 Non me B, Non ne Z cocytia B, cocytia Z

nec deinde te movere lumbos in †ratulam
 prensis videbo altaribus
 flavomque propter Thybrim olentis nauticum *234. Bnt p. 148*
 vocare, ubi adpulsae rates
 caeno retentae sordido stant in vadis 25
 macraque luctantes aqua,
 neque in culinam et uncta compitalia
 dapesque duces sordidas, *of Bnt. Rh. M. 1910, 348*
 quibus repletus ut salivosis aquis,
 obesam ad uxorem redis 30
 et aestuantes dote solvis pantices = *ventrom*
 osusque lambis saviis.
 nunc laede, nunc lacesse, si quidquam vales.
 et nomen adscribo tuom:
 cinaede Luciene, liquerunt opes *Bnt 147. 161* 35
 fameque genuini crepant;

Lahno
 21 Nec B, Ne H, Haec AR deinde te B, de inte H,
 om. lacuna non indicata AR ratulam B, rotulam Z, stola
 Bücheler, latus Baehrens 22 uidebo B²A, uideo B¹H, uide-
 bos R 23 propter Ω, p(ro)p(e) H Thybrim Dousa, Tybrim
 et Ald. 1517, hebrī et B, tibimet Z 24 ubi Z, tibi B ad-
 pulse rates B, adpulsae eratis H, adpulsae (a)etatis AR 25
 recte ordinavit L. Müller, Stant (Sunt H) in vadis (ualidis R)
 c(a)eno retent(a)e sordido Ω 26 luctantes Ω, -is H 27 et Ω,
 in H¹ uncta Z, cuncta B 28 Dapesque Ω, Papesque H
 duces ε, dulcis (1 deleta) B, dulcis Z 29 repletus Ω, re-
 pletis H salivosis B, salinosis HA, salmosis R post aquis
distinxi 30 ad Z, ad ex at B dote (abl. pretii) HA, docte BR
 soluis Ω, saluis H pantices (supra rasuram B) BH, pan-
 thices AR 32 Osusq; H, Hossusq; AR, Osiculisq; B, Os
 usque male Scatiger lambis saviis Ald. 1517, lambis (supra
 deletum blandis scr. B¹) suavis B, labissa uiis H, labissanus
 (ex -iis corr. A) AR 33 lede nunc Z, lede nō corr. in nō B
 34 tuum Ω, tiū A 35 Cinaede Luciene Bücheler, Cine delucci
 iā te B, Cinae dulcissimam et H, Cune dulcissima AR
 liquerunt (-ere H) opes Fame BH, om. AR, in quibus
 scriptum est Cune dulcissima que geniū crepant, deinde in R
 unus versus vacuus relictus, in A adnotatum deficit unus versus
 36 Fameq; genuini B, Fameq; geniū H

videbo habentem praeter ^{Aras} ignavos nihil
 fratres et iratum Iovem
 scissumque ventrem et hirneosi ^{Aras} patrum
 pedes inedia turgidos.

40

XIV

^{fragante} Si mihi susceptum fuerit ^{contingat} decurrere munus, ^{ex georg. 2, 39}
 o Paphon, o sedes quae colis Idalias,
 Troius Aeneas Romana per oppida digno ^{ex georg. 2, 176}
 iam tandem ut tecum carmine ^{uictus} eat:
 non ego ture modo aut picta tua templa tabella 5
 ornabo et puris sarta feram manibus —
 corniger hos aries humilis et maxima taurus ^{georg. 2, 176}
 victima sacratio sparget honore focos
 marmoreusque tibi aut mille coloribus ales
 in morem picta stabit Amor pharetra. 10
 adsis o Cytherea: tuos te Caesar Olympo
 et Surrentini litoris ara vocat.

37 habentem B, hntem H, hebetem AR pr(a)eter BH,
 propter AR 39 Scissumq; B, Scis umquam (unq- H) Z
 uentrem BH, uenerem AR hirneosi B, hirreosi H, hircosi
 AR, herniosi Scaliger, at cf. 12, 8 40 inedia B, inedi Z
 (etiam H) || XIV 1 Si Ω, I R susceptum Ald. 1517, suspectum
 (-am H) Ω 2 que B, qui Z idalias Ω, -os H 3 eneas Ω,
 enas A¹ romana Ω, rōno H 4 eat B, erat Z 6 et Ω, aut
 Heinsius 7 Corniger Z, Corniges corr. in -er B humilis scil.
 victima Ω, -dis A maxima B, -us H, -e AR t(h)aurus Ω, -is H
 8 sacratio D. Heinsius, sacratos Ω sparget AR, -it BH
 honore Z, honore corr. ex conore ut vid. B 9 Marmoreusq; B,
 eosq; (-easq; A) Z aut Ω, iam Bachrens, sed Ribbeck, cum Sud-
 haus mille BH, digne AR 10 morem Ω, morem corr. ex -um A
 11 citherea (cyth- R) Ω, citharea A 12 ara BH, ora AR
 Sequitur in Ω epigramma quasi pars carminis XIVⁱ, quod tamen ne
 ab eo quidem qui libellum edidit, sed a sero grammatico additum est

Vate¹ Syracosio² qui³ dulcior Hesiodoque ^{libellus}
 maior, Homereo⁴, non minor⁵ ore fuit,
 illius haec quoque sunt⁶ divini elementa poetae⁷ ^{Antiang}
 et rudis in vario carmine⁸ Calliope⁹.

¹Vate Z, -es B ²sira scosio B, siracusio Z ³qui Ω, quid A ⁴ho-
 mereo BA, -ro HR ⁵minor Z, -ore B ⁶sunt Ω, sint H ⁷poet(a)e
 Z, pota (e supra) B ⁸carmine Ω, -na R ⁹cal(l)iope Ω, callipe R

fragante
 uult georg. 3, 10 ff

MSB 1907,
 1545, 2
 Bueh. p. 524
 Comparati, Ding.
 140, 1

*


ELEGIAE IN MAECENATEM

— Anfangsleipzig, Proemia,
Fähnwerke. of Bert p. 174,
Ther. I 349, 19

CODICES

- Ω = *archetypus omnium codicum* *v. praef. p.*
S = *Scaligeri 'vetus membrana' deperdita; lectiones servavit Scaliger in 'Publii Virgilii Maronis appendix ... Iosephi Scaligeri in eandem appendicem commentarii et castigations ...' Lugduni 1573 p. 528—541* 19
F = *codex Fiechtianus, nunc Mellicensis cim. 2 saec. XI; v. 1, 1—25* 12
B = *codex Bruzcellensis 10676 saec. XII* 17
P = *codex Parisinus lat. 16236 saec. X; v. 1, 1—43* 18
Z = *codex deperditus, restituendus ex*
H = *Helmstadiensis 332 a. 1454* 15
A = *Arundeliano Mus. Brit. 133 saec. XV* 16
R = *Rehdigerano bibl. urb. Vratistav. 125 saec. XV* 17
M = *Monacenses atque*
m = *Mon. lat. 305 saec. XI—XII* 14
n = *Mon. lat. 18059 (olim. Teg.) saec. XI* 14
V = *Vossianus lat. oct. 81 (Leyden) saec. XV* 19
 ς = *correctiones Itolorum in recentioribus codd. (cf. p. 19s.) vel editionibus*

stemma codicum:



Schz II, 345

Axelsson Gramos 26, 1930, 109 p.

Nicht an Torontia, Maec.? Gornalatin, gerichtet: Bickel, Rh.M. 93 (1950) 223

Ueber die Eklogien i. Allg. Bickel Rh.M. 93 (1950) 97-133

(I)

Deferam ^{Drusi} iuvenis tristi modo carmine fata, geht auf v. verlor. Epico?
sunt etiam merito carmina danda seni. Drusi nicht auf das unsc-
ut iuvenis deflendus enim tam candidus et tam re: Bickel 223
longius annoso vivere dignus avo.

inreligata ratis (nunquam defessa carina, 5
et redit in vastos semper onusta lacus) —

illa rapit iuvenes prima florente iuventa,
non oblita tamen sed repetitque senes.

nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici,
Lollius hoc ergo conciliavit opus; u. Hye. Hübner 17, 10
foedus erat vobis nam propter Caesaris arma

Caesaris et similem propter in arma fidem.

regis eras, Etrusce, genus; tu Caesaris almi
dextera, Romanae tu vigil Urbis eras.

titulus: nullus in BFV, Maecenas eiusdem (i. Vergili) P, J. Klotz Ph.W.
Ad mecenatem H, Publii Virgilii (P. V. R) Maronis elegia AR, 32, 4282
(Publii Virgilii Maronis praemittit n) Mecenat M

I 1 carmine Ω, carmen H¹ fata Ω, facta HA 2 merito Ω,
mto H¹ inter danda et seni deletae et erasae 5 litterae in B
3 enim SFBPHM, erat ARV candidus Ω, cādidus H¹
et tam V, etiam (eciam B) Ω 4 uiuere Ω, uin- F¹ auo Ω, euo H¹
5 carina Ω, carinis V, Charontis Cannegieter 6 Et Ω, It ed.
Ascens. 1507 male lacus Ω, latus V 7 Illa Ω, Ille H¹ 8 Sed
repetitq; (que pro etiam ut 2, 12) Ω, sera petitque Burmann
9 m(a)ec(a)enas (moec- n) Ω, machaneas B¹, maecenas (sic) B²
tecum Ω, tecum mihi A 10 Lollius SFBPZ, Illius MV
ergo Ω, aegro Heinsius 11 Foedus Heinsius, Fidis Ω erat Ω,
eras V uobis SFBPHM, nobis ARV 12 et ZMV,
om. FP, it B 12 post 13 posuerat H¹, 14. 12. 13 ordina-
bat H² 13 etrusce (ethr- AR, -uce R) genus Ω, genus
etrusce V almi Ω, alti Heinsius 14 Dextera Ω, Dextre H¹,
Dextra H² roman(a)e (-ni H¹) tu Z, romane et tu MV,
romana et tu FP, romana (om. et tu) B uigil Ω, uigil B

omnia cum posses tanto tam carus amico, 15
 te sensit nemo posse nocere tamen.
 Pallade cum docta Phoebus donaverat artes:
 tu decus et laudes huius et huius eras.
 vincit volgares, vincit beryllus harenas,
 litore in extremo quas simul unda movet. 20
 quod discinctus eras, animo quoque, carpitur unum: *sic im-*
 diluis hoc nimia simplicitate tua. *purxit Kraus, W. 525*
 sic illi vixere, quibus fuit aurea Virgo, 308 p
 quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.
 livide, quid tandem tunicae nocuere solutae 25
 aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
 num minus Urbis erat custos et Caesaris opses?
 num tibi non tutas fecit in Vrbe vias?
 nocte sub obscura quis te spoliavit amantem,
 quis tetigit ferro, durior ipse, latus? 30
 maius erat potuisse tamen nec velle triumphos,
 maior res magnis abstinuisse fuit.

15 tanto *FBPMV*, tantus *Z* carus *MAH²V*, clarus
FBPHR 17 Pallade Ω , Pallane^m *corr. in -de m* docta Ω ,
 doctas *V* ph(o)ebus Ω , phobus *m* 18 Tu Ω , Te *H¹V*
 19 vulgares vincit *FBPHMV*, vulgares vincit *AR* Berillus
Ald. 1517, beritus *FBPHm*, berithus *AR*, peritus *nV* ha-
 renas Ω , aranas *B* 20 quas *V* ζ quam Ω movet Ω , vo-
 mit *Barth* 21 discinctus *F*, discintus *V*, distinctus *B*, dis-
 cunctus *P*, disiunctus (-iuct- *H¹*) *ZM* animo quoq; Ω , ni-
 mium quod *Ruhnken*, Momo quod *Bücheler* unum Ω , uno *V*
 22 Diluis hoc *Oudendorp-Baehrens*, Diluuii (-uui *F*, -uui *H¹*,
 -uui *AR*) hoc Ω , Diluuii ac *V*, Diluitur *Ald. 1517* nimia
FBPHMV, nimiti *AR* 24 pr(a)ecinctos (-cint- *RV*) Ω ,
 praecinctus *H¹* postmodo Ω , postmodu *H¹*, postmodo *F¹*
 pulsa Ω , uisa *V* 25 Liuide *S* (?), Liuida *FBPZM*, Inuide
V ζ quid Ω , quod *R* 26 abhine deficit *F* 26 tibi Ω ,
 tibi quid *B*, uerba *H¹* quid Ω , qui *n*, quod *R* 27 erat Ω ,
 eras *H²* c(a)esaris Ω , careris *B* obses (op- *B*) Ω (etiam *S*),
 hospes *A¹* 28 Num *ZMV*, Nunc *SBP* non Ω , nu *AR*
 urbe Ω , orbe *B¹* 29 obscura Ω , oscura *BV* quis Ω , qui *H*
 spoliavit Ω , violavit *AR* amantem Ω , euntem ζ 30 teti-
 git Ω , tegit *H¹* 31 Maius *HMV*, Malus *BP*, Mauis *AR*
 potuisse (-ss& *P*) *BPMVH²R²*, potius se *H¹*, posuisse *AR¹*
 nec Ω , nec nec *B* 32 Maior res *Z*, Maiores *BPMV* mag-

d. Porph. Hor. vol.
 12, 25

d. Bickel Rh. M.
 69, 1940, 238

maluit umbrosam quercum nymphasque cadentes
 paucaque pomosi iugera certa soli:
 Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis 35
 siderat argutas garrulus inter avis.
 marmora †minei, vincent monumenta libelli:
 vivitur ingenio, cetera mortis erunt. *cf. Prop. 3, 2, 24*
 quid faceret defunctus? erat comes integer, idem
 miles et Augusti fortiter usque pius: 40
 illum piscosi viderunt saxa Pelori
 ignibus hostilis reddere ligna ratis;
 pulvere in Emathio fortem videre Philippi,
 tam nunc ille tener, tam gravis hostis erat;
 cum freta Niliacae texerunt laeta carinae, 45
 fortis erat circa, fortis et ante ducem,

nis Ω, maius V, fastis *Heinsius* abstinuisse Ω, obtuissie
 (-in- s. s. H²) H¹ 33 quercum ZMV, que BP nymphas-
 que (*varie scriptum*) Ω, lymphasque *Wernsdorf* cadentes BP,
 canentes (-is V) ZMV 34 pomosi Ω, promisi V certa Ω,
 culta *Ald. 1517* 35 Pieridas Ω, Pierides V 36 Siderat
Vollmer, Sederat (Sedeat H²) ZMV, Se sup BP 37 Mar-
 mora minei (-aei SP) SPH, Marmora minei (a et τ *lineola* ∪
iunctit, ∴ *tria puncta s. s.*, nei *linea perpendiculari separavit*
quasi voluerit Marmor atim nei B²) B, Marmora m(ae)onii
 (moe- M) ARMV *interpolati*, Marmora Smyrnaei vel Marmorea
 Aonii *Scaliger*, Marmora cygnei *Bücheler*; *possis* Musei, Apol-
 linei, Pierii; *de sententia cf. Anth. 417* uincent BPHM,
 uincunt ARV monumenta ARV, monimenta BPHM
 38 cetera Ω, certa H¹ 39 faceret (fat- V) ZMV, facere
 BP post faceret *signum interrogandi in n*, *punctum in m*
 defunctus (-funt- V) Ω, discinctus *Birt* integer Ω, im-
 piger V 40 augusti Ω, angusti n fortiter Ω, fortis et
edd. 41 pelori Ω, pilori H¹, polori V 42 hostiles (-is
inter scribendum corr. in -es m) Ω, hostilis AR reddere
 (redere V) Ω, dedere *Heinsius*, tradere *Scaliger* ligna Ω,
 liana *corr. in ligna B, cf. priap. 1, 3* ratis BPZ, rates MV
 43 *ultimus est servatorum in P* philippi Ω, philippu n
 44 Tam B, Iam S, Quam ZMV nunc SBH, tunc ARMV
 ille Ω, illi V tam BHMV, tum S, quam AR grauis Ω,
 graum V 45 niliac(a)e Ω, miliace B¹ l(a)eta BZ, lata
 MV 46 circa (cura R) BZM, circum V

militis Eoi fugientis terga secutus,
 territus ad Nili dum fugit ille caput.
 pax erat: haec illos laxarunt otia cultus:
 omnia victores Marte sedente decent. 50
 Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
 postquam victrices conticuere tubae
 (hic modo miles erat, ne posset femina Romam *Ulysses*
 dotalem stupri turpis habere sui;
 hic tela in profugos — tantum curvaverat arcum — 55.
 misit ad extremos exorientis equos):
 Bacche, coloratos postquam devicimus Indos,
 potasti galea dulce iuvante merum
 et tibi securo tunicae fluxere solutae,
 te puto purpureas tunc habuisse duas. 60
 sum memor et certe memini sic ducere tigres
 brachia^x hyperborea candidiora nive
 et tibi thyrsus erat gemmis ornatus et auro,
 serpentes hederæ vix habuere locum;

47 Militis *H²ARMV*, -es *BH¹* eoi Ω , eoy *n*, ei *H¹*
 fugientis (fuge-*n*, -tes *H¹*) Ω , fugientia *Heinsius* 49 h(a)ec
 Ω , ac *corr.* in hec *B* illos *ARV*, illo *BHM* laxarunt
HMV, -rant *BAR* 50 Omnia Ω , Otia *Meineke*, Somnia *Bach-*
rens uictores *ARV*, -ris *BHM* decent *V*, decet Ω 51 Ac-
 tius Ω , Accius *H* 52 uictrices Ω , -cem *H* tub(a)e *H²ARM*,
 turbe *BH¹V* 53 ne *ZMV*, nec *B* 54 stupri *ZMV*, strupri *B*
 55 curauerat Ω , -rit *H¹* 56 extremos Ω , extet mersu *H¹*
corr. in externos *H²* exorientis Ω , et orientis *H¹* ut videtur
 57—92 dithyrambum Apollinis esse statui *Vollmer*, cf. *Nonn.*
Dionys. 27, 251 ss. 57 coloratos *BZM*, coleratos *V* deui-
 cimus Ω , deuincimus *R¹* indos Ω , ymnos *V* 58 Potasti Ω ,
 portasti *m* galea Ω , galete *H¹* iuvante Ω , iubante *Ruitgers*,
 fortasse vere, cf. comans 59 fluxere Ω , defluxere *H* 61 me-
 mini Ω , quod scripserat *B¹* (cãdidiora?) *delevit B²* et in margine
supplevit memini memini sic Ω , meministi *Bucheler* ducere Ω ,
 dicere *A* tigres *Burmman*, thyrsos varie scriptum Ω 62 Brac-
 chia *Ald.* 1517, Bache *B*, Bachea *AH¹*, Baccea *H²*, Bacchea
RMV hyperborea *Vollmer*, purpurea Ω ex 60; cf. *Ov. am.*
 3, 7, 8 63 thyrsus varie scriptum Ω , thirsis *H¹* gemmis *ZMV*,
 geminis *B* 64 heder(a)e Ω , hedre *H¹* uix Ω , lux *corr.* in uix *B*

Reie Ins Apoll.
 -92

d. Marzullo,
Maia 3/1950
 3

argentata tuos etiam talaria talos 65
 vinxerunt certe nec, puto, Bacche negas.
 mollius es solito mecum tum multa locutus
 et tibi consulto verba fuere nova. —
 impiger Alcide, multo defuncte labore,
 sic memorant curas te posuisse tuas, 70
 sic te cum tenera multum lusisse puella
 oblitum, Nemea, iamque, Erymanthe, tui.
 ultra numquid erat? torsisti pollice fusos,
 lenisti morsu levia fila parum.
 percussit crebros te propter Lydia nodos, 75
 te propter dura stamina rupta manu.
 Lydia te tunicas iussit lasciva fluentis
 inter lanificas ducere saepe suas.
 clava torosa tua pariter cum pelle iacebat,
 quam pede suspenso percutiebat Amor. 80
 quis fore credebat, premeret cum iam impiger infans
 hydros ingentes vix capiente manu

65 talaria (tall- R) Ω, sandalia V 66 Vinxerunt
 (Vincx- V) Ω, Vixerunt H¹ nec Ω, nec τῦ n 67 Mollius
 BZMV, Albus S, Balbius Scaliger tum Ω, cum H 69
 multo Ω, duro Bachrens defuncte (-funt- V) ARMVB²H²,
 defuncto B¹H¹ 70 pos(s)uisse ZV, potuisse BM 71 te
 cum AR, tecum BHMV tenera Ω, -am H²R² multum
 BHM, tecum ARV lusisse Ω, luxisse V puella
 BMV, -am Z 72 Oblitum Ω, Obitum R¹ ne mea BH,
 neme(a)e ARMV, nemees s, at cf. Aetna 82 ery-
 manthe varie scriptum Ω, erimantie H 73 Ultra Z, Vltro
 BMV 74 Lenisti (-iisti V) ZV, Leu- BM fila Ω, filia
 B¹n¹, uila H¹ 77 te tunicas Ω, theutonicas A' iussit Ω,
 uixit V fluentes V s, fouentes (uou- H¹) Ω tunica . . .
 fluente (et ducere pensa) Heinsius 78 ducere Ω, sumere
 Wakker s(a)epe Ω, saeve Birt 79 Claua Ω, Clausa V
 t(h)orosa (ter- V) Ω, torose Heinsius tua BHM, tibi ARV
 80 percutiebat Ω, praeripiebat Burmann 81 premeret cum
 iam Ald. 1517, cum (τῦ H¹) iam pmet (-ēt H², -it SMV) Ω,
 cum rumperet Scaliger 82 Hydros RM, Hidros BAH²V,
 Nidros H¹ ingentes Ω, ingentos n

cumve renascentem meteret velociter hydram,
 frangeret immanes vel Diomedis equos
 vel tribus adversis communem fratribus alvom 85
 et sex adversas solus in arma manus. —
 fudit Aloidas postquam dominator Olympi,
 dicitur in nitidum percubuisse diem
 atque aquilam misisse suam, quae quaereret, equid
 posset amaturō digna referre Iovi, 90
 valle sub Idaea dum te, formose sacerdos,
 invenit et presso molliter ungue rapit'.
 sic est: victor amet, victor potiatur in umbra, *of Ten. H. 322*
 victor odorata dormiat inque rosa; *Or. ars. 1, 711*
 victus aret victusque metat; metus imperet illi, 95
 membra nec in strata sternere discat humo.
 tempora dispensant usus et tempora cultus,
 haec homines, pecudes, haec moderantur avis.
 lux est: taurus arat; nox est: requiescit arator,
 liberat et merito fervida colla bovi. 100

83 meteret *Struchtmeier*, terret Ω , tereret *Ald. 1517* veloci-
 citer Ω , velocior *m* 86 aduersas Ω , aduersus $H^1 n^1$ 87
 aloidas *Ald. 1517*, et aloidas (*male admissa glossa*) *AR*, et
 enidas (oen- *B*, en- *n*) *BHMV*, oenidas (*om. et*) *S* 88 per-
 cubuisse *SBMV*, procubuisse *Z* diem Ω (*etiam S*), bovem ξ
 89 misisse Ω , misse *B* equid *BAR*, et quid *HM*, et qui *V*,
 equis ξ , equi *Bachrens* 90 amaturō H^2 , maturō Ω digna
Heinsius, signa Ω , posse *R* 91 sub id(a)ea Ω , sibi dea H^1 ,
 sub ilea n^1 dum Ω , tum *vel cum male Heinsius* sacer-
 dos Ω , iacentem *Heinsius*, satelles *Ellis* 92 presso Ω , pren-
 sum *Burmamn* 93 potiatur (*poc- BH*) *BZMV*, patiat^r *S*
 94 odorata Ω , adorato *H* 95 Victus aret (*erat H^1*, arat
 H^2 , amet *S*) uictusque (*post uictusq; erasae quales etusq;*
in B) metat (*sic HA^2 R*, metet *BMA^1*) Ω , Victorem uictus
 metuat *V* imperet *BMV*, -at *Z* 96 instrata *an* in
 strata *legas*, *in codd. nulla fides* sternere Ω , tenere *V*
 97 dispensant Ω , -at *V* 98 homines Ω , omnes *Bachrens*
 99 arat Ω , erat *m* nox *ARV*, non *BHM* est Ω ,
om. V 100 et merito *BM*, emerito *ZV* boui Ω ,
 boni H^1

conglaciantur aquae: scopulis se condit hirundo;
verberat egelidos garrula vere lacus. —

Caesar amicus erat: poterat vixisse solute,
cum iam Caesar idem quod cupiebat erat.
indulsit merito (non est temerarius) ille;
vicimus: Augusto iudice dignus erat.

105

Argo saxa pavens postquam Scyllaea relegit

Cyaneosque metus iam religanda ratis,
viscera disiecti mutavit in arfētis agni *Synq. of Nords. of the VII*

Aetis sucis omniperita suis:

110

his te, Maecenas, iuvenescere posse decebat,
haec utinam nobis Colchidos herba foret.
redditur arboribus florens virentibus aetas:

ergo non homini quod fuit ante redit?
vivacesque magis cervos decet esse parentis

115

si quorum in torva cornua fronte rigent?
vivere cornices multos dicuntur in annos:
cur nos angusta condicione sumus?

101 Conglaciantur (-glat- MAR) Ω, Conglutinantur V
se condit ZMV, sedit B 102 egelidos Scaliger (egelido
iam Ald. 1517), et gelidos Ω garrula Ω, ga//rrula (era-
sae ll) B lacus Ω, latus HV 104 c(a)esar idem Ω, cesa-
rides V 105 merito ZMV, -a B 106 Vicimus Ω,
Vinc- R, Vicinus H¹ V 107 Argo (Ergo V) saxa Ω, Arga
saxo H¹ pavens Ω, parens V Scyllaea Salmasius, scilleia
BHA, scylleia R, scyllegia M, scilleija V relegit Salmasius,
legit Ω Scylacea legit male Heinsius 108 ratis (-this A)
ZMV, rates B 109 disiecti BARV, disiectu M, directi
SH¹, deiecti H², dissecti Vat. 3269 mutavit in Vollmer,
mutauerit BM, mutauerat (mutarat R) SZV agni Ω, agno
Ald. 1517 110 Aetis Scaliger, A&/es (erasa t?) B, (A)etas
et ZMV, Oetas et H² sucis Bmn², succis ZV, suis n¹ omni-
perita Salmasius, omne (omen H¹) perita (pet- V) Ω 111 His
te ARMV, iste BH decebat ZM, dicebat BV 113 Re(d)it-
tur Ω, -us B arboribus Ω, arboreis V florens MV, flores
(floribef A) BZ reurentibus BM, reuocantibus Z, recurrenti-
bus V etas H², (a)etas Ω, hestas A¹ 114 Ergo Ω, Ver cur
Heinsius 115 que Ω, om. B, ne Heinsius cervos Ω, teruos V
116 torua Ω, torna H cornua Ω, cornua A¹ 118 nos Ω, non m

pascitur Aurorae Tithonus nectare coniunx
 atque ita iam tremulo nulla senecta nocet: 120
 ut tibi vita foret semper medicamine sacro,
 te vellem Aurorae complacuisse virum.
 illius aptus eras croceo recubare cubili
 et, modo puniceum rore lavante torum,
 illius aptus eras roseas adiungere bigas, 125
 tu dare purpurea lora regenda manu,
 tu mulcere iubam, cum iam torsisset habenas
 procedente die respicientis equi.
 quaesivere chori iuvenem sic Hesperon illum,
 quem nexum medio solvit in igne Venus, 130
 quem nunc infusa placidus sub nocte nitentem
 Luciferum contra currere cernis equis.
 hic tibi Corycium, casias hic donat olentis,
 hic et palmiferis balsama missa iugis.

f. Theor. VII, 1, 229, 22

119 Pascitur *BZMV*, Nascitur *S* aurorae Ω , aurora *B¹H¹*
 tit(h)onus Ω , thitonis *A* 120 ita Ω , illi *AR* 122 uirum
 Ω , uix *V* 123. 124 omissos a *B¹* ob paria versuum 123
 et 125 principia in schedula interserta supplevit *B²* 123
 aptus Ω , actus *V* 124 et 125 om. *V* 124 Et modo Ω
 poeniceum *S*, phoeniceo *B*, puniceo (-co *R*) *Zm*, peniceo *n*
 lauante *SBM*, leuante *Z* 125 adiungere Ω , tu iungere
Francius post 125 et 126 in margine adscripsit iuxta
 alterum utrum versum 1 *B¹*; quae litterae quid sibi velint me
 fugit 126 purpurea Ω , purpureae *Baehrens* 127 Tu
BH²ARV, Tum *H¹M* torsisset Ω , torsisse *V* 129 chori
SBHAM, thori *V*, cari *R*, Locri *Bücheler*, at cf. *Diodor.* 3,
 60, 3 iuvenem Ω , iuvenum *Scaliger* hesperon (hespon *V*)
 illum *ZMV*, hespero nilum *B* il(1)um Ω , olim *Scaliger*
 130 Quem *H²ARV*, Que *BH¹*, Que *M* nexum Ω , uexum *V*,
 necdum *Scaliger* uenus *BZ*, nemus *MV* 131 Quem *BMV*,
 Qu(a)e *Z* infusa *Vollmer* (cf. *Sil.* 11, 269), infusei *BM*,
 infusi *Z*, in fuscis corr. in fuscis *V* placidus *Vollmer*,
 placida Ω , placide *Baehrens* 133 coricum (-tium *AnV*) Ω ,
 coritum *R* 134 et Ω , e *Ald.* 1517; sed *Lucifer* portat
 praeter crocum etiam balsama, *Hesperos casiam*; tertium hic
 igitur ad primum recurrit

nunc pretium candoris habes, nunc redditus umbris:
 te sumus obliti decubuisse senem. 136
 ter Pylium flevere sui, ter Nestora canum
 dicebantque tamen, non satis esse senem:
 Nestoris annosi vicisses saecula, si me
 dispensata tibi stamina nente forent. 140
 nunc ego, quod possum: 'Tellus, levis ossa teneto,
 pendula librato pondus et ipsa tuom.
 semper sarta tibi dabimus, tibi semper odores,
 non unquam sitiens, florida semper eris'.

⟨II⟩

Sic est Maecenas fato veniente locutus,
 frigidus et iam iam cum moriturus erat:
 'mene', inquit, 'iuuenis primaevi, Iuppiter, ante
 augustam Drusi non cecidisse fidem.
 pectore maturo fuerat puer, integer aeo 5
 et magnum magni Caesaris illud opus.
 discidio vellemque prius' — non omnia dixit
 inciditque pudor quae prope dixit amor,

135 Nunc ZM, Hunc BV, Hoc Bücheler redditus BAR, red(d)itur H MV umbris Ω, imbris R 137. 138 bis scripti sunt in H¹, del. repetitos H² 137 abhinc A non contuli: sequor Ellisium Ter ZMV, Te B flevere Ω, fluere V 138 Dicebantque tamen BZM, Dicebant tamen hunc V 139 annosi ed. Ascens. 1507, annosa Ω vicisses ed. Ascens. 1507, uixisses H², uixissem (-e n) Ω, uincsissem V, nolui iunxissem 140 nente Ald. 1517, nempe Ω 141 Nunc B²ZMV, Hunc B¹ quod BZ, quid MV teneto Ω, tēto H 143 odores ZMV, honores B 144 unquam Ω, nu- H¹n¹ II carmen cum antecedente sine interstitio aut titulo coniunctum primus separavit Scaliger 2 et iam iam ZMV, eciam iam B 3 Mene ZMV, Men B iuuenis Ω, -es V primeui ZV, primeni cū BM 4 Augustam AR, Angustam (-stū B) BHMV Drusi Francius, bruti(r in ras. B) Ω fidem Ω, diem (et Angustam) Heinsius 7 Discidio Ω, Dissidio S dixit Ω, dici V 8 -que Ω, quem H¹, quod V pudor Ω, puer R qu(a)e Ω, qui V, om. H¹, quem H²R dixit Ω, s. s. fecit H²

sed manifestus erat: moriens quaerebat amatae
 coniugis amplexus oscula verba manus — 10
 'sed tamen hoc satis est: vixi te, Caesar, amico
 et morior' dixit, 'dum moriorque, satis.
 mollibus ex oculis aliquis tibi procidet umor,
 cum dicar subita voce fuisse tibi.
 hoc mihi contingat: iaceam tellure sub aequa. 15
 nec tamen hoc ultra te doluisse velim.
 sed meminisse velim: vivam sermonibus illic;
 semper ero, semper si meminisse voles.
 et decet et certe vivam tibi semper amore
 nec tibi qui moritur desinit esse tuos. 20
 ipse ego quicquid ero cineres interque favillas,
 tunc quoque non potero non memor esse tui.
 exemplum vixi te propter molle beati,
 unctus Maecenas teque ego propter eram.
 arbiter ipse fui; voluit, quod contigit esse, 25
 pectus: eram vere pectoris ipse tui. —
 vive diu, mi care, senex pete sidera sero:
 est opus hoc terris, te quoque velle decet.
 et tibi succrescant iuvenes bis Caesare digni
 et tradant porro Caesaris usque genus. 30

11 Sed (S& B) BHM, Si RV est ZM, om. BV c(a)esar
 Ω, cesare H²V 12 dixit dum moriorque (de que
 cf. 1, 8) Ω, dum morior dixit (om. que) H¹, ordinem cor-
 rexit H² satis BRMV, satis est H, sat est Pithou
 13 tibi Ω, om. V 14 uoce Ω, noce H tibi Ω, ibi H¹
 15 mihi Ω, tibi V 16 te Ω, hoc V doluisse Heinsius,
 potuisse Ω 19 Et Ω, Sic Baehrens, Hoc Ribbeck decet Ω,
 docet H¹, dicet V amore ed. Ascens. 1507, amare BMAV,
 amicus HR, amate Baehrens 20 moritur Ω, -us R¹ 22 om.
 H¹, in imo margine add. H² Tunc Ω, Tum edd. quo-
 que Ω, ego RV non (ñc corr. in ñ B¹) potero Ω 23—26
 om. B¹, supplevit B² in eadem schedula qua 1, 123 s. 23 beati
 Salmasius, beate Ω, beatus Is. Vossius 24 Unctus Machly,
 Unus Ω 25 Arbiter Ω, Arbitror AR fui Ω, sui n
 uoluit Ω, uolui Ald. 1517 27 mi Ω, mihi R sero ZMV,
 nero ut vid. erasit et s. s. fero (non B²) B ante 29 s.


sit secura tibi quam primum Livia coniunx,
 expleat amissi munera rupta gener.
 cum deus intereris divis insignis avitis,
 te Venus in patrio colloquet ipsa sinu.'

posuit Ribbeck male 31 s. 29 succrescant Ω, subirescant V
 iuvenes Ω, iuues V 31 Sit secura tibi Ω, Set tibi securo V
 quam BMH², cum AR, qui H¹, quod V liuia BH²RmV,
 libia H¹, liuida n 32 rupta Ω, rapta H 33 intereris
 Vollmer, intersis Ribbeck, in terris Ω patrio Ω, patria H²
 ipsa BHM, ipse V, alma AR sinu BZM, sinus V
 Explicit Mecenas m, Mecenas exp^t n; nulla in ceteris sub-
 scriptio, at in Vat. lat. 3269 saec. XV subscriptum est: Finit
 Elegia inuenta ab Enoc in Dacia et in Voss. lat. oct. 96 saec. XV:
 Finit elegia uirgili maronis in mecenatē inuēta ab Henoc in
 Dacia, in cod. Gottingensi Philol. 116: Finis elegiae ab Enoc
 in Dacia repertae

AETNA

CODICES

- Ω = *archetypus omnium codicum*
G = *codex deperditus olim Lili Gyraldi, qui hodie recuperatur ex*
g = *collatione a N. Heinsio facta, descripta a Burmanno minore, servata in exemplari editionis Pitheocanae olim P. Burmanni, nunc Leidensi, quae complectitur v. 138—287*
f = *apographo versuum 272—287, quod exstat in codice Laurentiano plut. 33, 9; descripserunt Rostagno et Ehrle*
utor signo G ubiubi aut g sola praesto est aut g et f concinunt: nec tamen pro g aut G affero lectiones editionis Pitheocanae ab Heinsio vel potius Burmanno silentio praeteritas nisi supplementi causa, atque ibi quoque verba ex G non diserte testata his unctis () distinguo
v. praef. p. 20 ss.
- Exc.** = *florilegium saec. XI codicum p̄neβη* 8s.
recepti sunt v. 222—226. 228—235. 237—251.
258—272. 633—4
- C** = *Cantabrigiensis univers. Kt 34 n. 2076 saec. X 12*
S = *Stabulense frg., nunc Paris. lat. 17177 fol. 96—103*
saec. X 10ss.
1—170 bene leguntur
171—213 initia perierunt
215—303 leguntur
304—346 fines perierunt
- Z** = *codex deperditus, restituendus ex*
H = *Helmstadiensis 332 a. 1454* 15s.
A = *Arundeliano mus. Brit. 133 saec. XV* 16s.
R = *Rehdigerano bibl. urb. Vratisl. 125 saec. XV 17*
Cors. = *Corsimiano 43 F 5 saec. XIV (habet v. 1—6) 10*
- ς** = *correctiones Itolorum in recentioribus codd. (v. p. 30) et editionibus*



Ed. Schwartz 1933 (Kl. T. 166)

Aetna als virgil. citiert *Serv. Aon.* 3, 571.

Aufschlags: *Dorns, Vichmält.* 195) 26 ff.

W. Richter, *Zusw Aetna-Text, Phil.* 763, 97p

Aetna mihi ruptique cavis fornacibus ignes
et quae tam fortes volvant incendia causae,
quid fremat imperium, quid raucos torqueat aestus,
carmen erit. dexter venias mihi carminis auctor
seu te Cynthos habet seu Delo est gratior Hyla 5
seu tibi Dodone potior, tecumque faventes
in nova Pierio properent a fonte sorores
vota: per insolitum Phoebos duce tutius itur.

aurea securi quis nescit saecula regis?
cum domitis nemo Cererem iactaret in arvis 10
venturisque malas prohiberet fructibus herbas,
annua sed saturae complerent horrea messes,
ipse suo fueret Bacchus pede mellaque lentis
penderent foliis et pingui Pallas olivae,

titulus: P. Virgilio Maronis Aetna incipit C, P. Maron.
Virg. Aetna S, de etna monte H, P. Virgilii maronis (Maronis
Virg. R) Aetna (Aetna Cors.) (incipit R Cors.) AR Cors.

1 Aetna CSR semper, Etna H semper, Ethna A fere,
qualia porro non adnotabo ruptique CSAR, ruptisque H
Cors. cauis Q, caui Cors. fornacibus Q, fornicib; S¹
5. 6 ordinant CS, 6. 5 Z Cors. 5 cynthos (ci- Cors.) CS
Cors.¹, cynthus (ci- H) Z, cinthon Cors.² Delost Munro,
delos Q, dolos S Hyla Munro, illa C, illa SAR, om. H
6 Dodone Ald. 1517, dodona CSH²A Cors., do bona H¹, do
dodona R fauentes CS, -is Z Cors. 7 properent Q, -ant H¹
fonte Q, fronte A 8 tutius (-cius H) CSH, cautius AR
9 securi Q, Saturni Friesemanni aequalis quis Ald. 1517,
qui Q 10 cererem Q, venerem A iactaret (-rit H) Z,
lactaret CS aruis Q, agris A 11 que SZ, om. C malas
Ald. 1517, malis Q fructibus H², fluctibus CSH¹, frondibus
AR, frugibus Vat. 3272 12 complerent CSH, complebant
AR 13 fueret (flu- R) CZ, fluereit S mellaque CZ,
melliaq; S lentis Q, quernis Friesemann 14 Penderent
CSH, -et AR pingui Q, -uis H² oliu(a)e CSH, oliua AR

secretos annis ageret cum gratia ruris? 15
 non cessit cuiquam melius sua tempora nosse.
 ultima quis tacuit iuvenum certamina Colchōs?
 quis non Argolico deflevit Pergamon igni
 impositam et tristi natorum funere matrem
 aversumve diem sparsumve in semina dentem? 20
 quis non periurae doluit mendacia puppis
 desertam vacuo Minoida litore questus?
 quicquid et antiquom iactata est fabula carmen.
 fortius ignotas molimur pectore curas:
 qui tanto motus operi, quae causa perenni 25
 explicet in densum flammam et trudat ab imo
 ingenti sonitu moles et proxima quaeque
 ignibus irriguis urat — mens carminis haec est.
 principio ne quem capiat fallacia vatū
 sedes esse dei tumidisque e faucibus ignem 30
 Volcani ruere et clausis resonare cavernis
 festinantis opus: non est tam sordida divis
 cura neque extremas ius est dimittere in artes
 sidera; subducto regnant sublimia caelo
 illa neque artificum curant tractare laborem. 35

15 annis Ω , annis R cum *Vat.* 3272, tum Ω 16 Non cessit
CZ, Concessit S nosse Ω , nosce H 19 Impositam Z , Inp-
 (Ip- S^1) CS matrem (s. s. hecubā H^2) H^2AR , mentem C , m̄tem
 SH^1 20 Aversumve (Aa- *corr. in Au-* S) CS , Aduersumve Z
 -ue in CSH , de AR semina *Scaliger*, -ne Ω , tuctur R .
Hildebrandt 1900 p. 7 22 uacuo Ω , uacua A minoida
 (mon- A) Ω , minorda H^1 *corr. in* minoyda H^2 lit(t)ore Ω ,
 littora H^1A^1 23 Quicquid (s. s. scilicet et) in C , Quicquid
 et in S , Quicquid (Quid- H) in Z , *cf.* 84 25 Qui tanto
 CSH^1 , Quis tantos H^2AR operi CS , operit H , reperit AR
 qu(a)e CSH , quis A , quamuis R causa *Ald.* 1517, tanta Ω
 perenni (perh- Z) Ω , -nis *Ald.* 1517 26 Explicet CSH , -at
 AR flammam Ω , -a R et trudat CS , etrudat H , extrudat
 AR 27 moles et CS , mollescent (-it AR) Z 28 carminis
 h(a)ec est CZ , *om.* S 29 quem CSH , quis AR capiat
 Ω , capiet H^1 30 -que CZ , *om.* S faucibus Ω , fac- H^1
 33 extremas (-as *oblitae nigrore in S*) ius CS , extrema
 nis Z dimittere CSH , de- AR artes CSH , arces AR

discrepat a prima facies haec altera vatum:
 illis Cyclopas memorant fornacibus usos,
 cum super incudem numerosa in verbera fortes
 horrendum magno quaterent sub pondere fulmen
 armarentque Iovem: turpe est sine pignore carmen. 40

proxima vivaces Aetnaei verticis ignes
 impia sollicitat Phlegraeis fabula castris.
 temptavere (nefas) olim detrudere mundo
 sidera captivique Iovis transferre gigantes
 imperium et victo leges imponere caelo. 45

(his natura sua est alvo tenus, ima per orbis
 squameus intortos sinuat vestigia serpens.)
 construitur magnis ad proelia montibus agger:
 Pelion Ossa †creat, summus premit Ossan Olympus.
 iam coacervatas nituntur scandere moles, 50
 impius et miles metuentia comminus astra
 provocat, infestus cunctos ad proelia divos
 provocat. admotis conterrita sidera signis,
 Iuppiter et caelo metuit dextramque corusca
 armatus flamma removet caligine mundum. 55

subducto *CSA*, seducto *HR* regnant *CSHA*, regnam *R*
 35 Illa Ω , Ille H^1 37 Illis Ω , Illi his *Markland* usos Ω ,
 usus *H* 38 fortes $A^2\zeta$, fontes Ω 39 fulmen H^2AR ,
 flumen *CSH^1* 40 Armare *nilhil amplius in versu vacuo S*
 est *CZ*, et *edd.* 41 uiuaces *SZ*, uiuoces *corr. in uiuaces C*
 42 sollicitat *CS*, sollicitet *Z* 43 detrudere Ω , deturdere *R*
 46 natura *CSH*, natur(a)e *AR* sua est *CS*, su(a)e *Z*, sua H^2
 aluo tenus Ω , alua tenes H^1 ima *CSH^2*, una *Z* 47 in-
 tortos *Vat. 3272*, intortas *CS*, intortus *Z* 49 Pel(l)eon ossa *Z*,
 Pelonossa *S*, Peloniossa *C* creat Ω , gravat *Iacob*, onerat
Bachrens, terit *Ald. 1517* 50 post *Iam in S erasae tres*,
ultima fuerat a 52 infestus *CS*, -os *H*, infensus *AR* ad
CSAR, in *H* 53 Prouocat admotisque (amo- *S^1*) tertia sidera
 signis *CS*, Prouocat admotis (-us *R*) *nilhil amplius, sed*
spatio ante et post adm. relicto Z conterrita *Vollmer*, ferit *vel*
 terit *Iam Sudhaus*, ad territa *Wassenberg* 54 et caelo *Bor-*
mans, e c(a)elo Ω dextramq; *CS*, dextraq; *Z* corusca *Iacob*,
 -am Ω 55 Armatus *CS*, Admotus *Z* flamma *CS*, flam(m)am *Z*

incursant vasto primum clamore gigantes:
 hic magno tonat ore pater geminantque faventes
 undique discordes comitum simul agmine venti.
 densa per attonitas rumpuntur flumina nubes
 atque in bellandum quae cuique potentia divom 60
 in commune venit. iam patri dextera Pallas
 et Mars laevos erat, iam cetera turba deorum,
 stant utrimque deae: validos tum Iuppiter ignis
 increpat et iacto proturbat fulmine montes.
 illinc devictae verterunt terga ruinae 65
 infertae divis acies atque impius hostis
 praeceps cum castris agitur materque iacentes
 impellens victos. tunc pax est reddita mundo,
 tunc imber cessat; venit per sidera caelum
 defensique decus mundi nunc redditur astris. 70
 gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetna
 obruit Enceladon, vasto quī pondere montis
 aestuat et petulans expirat faucibus ignem.
 haec est mendosae volgata licentia famae.
 vatibus ingenium est: hinc audit nobile carmen. 75

57 Hic Ω , Hinc *Scaliger* fauentes *CSAR*, founte *H*
 58 discordes comitum Ω , discordi sonitum *Iacob* 59 rum-
 puntur *CSH*, funduntur *AR* flumina *CS*, fulmina *Z* in
 versu 60 nil habuit *Z* nisi Et q; in, idemque omisit v. 61 60 in
 potentia aliquae litterae inter scribendum correctae in *C*, fortasse
 aberraverat in poen(it)entia 62 laeus *Bormans*, s(a)euus
CSHA, scaeuus *R* 63 Stant *CSH¹A*, Stat *H²R* utrimq;
CS, utrū q; *Z* deae *Vollmer*, deus *CZ*, de .. (duabus litteris
 in spatio omissis) *S*, acies *Sudhaus* 64 iacto ed. *Ascens. 1507*,
 victo *CSH¹*, uinctos *H²*, victor *AR* fulmine *SZ*, flumine *C*
 65 devict(a)e *CAR*, deuinctae *S*, denectae *H*, deiectae *Peerl-*
kamp, disiectae *Bachrens* 66 Inferte *S*, Infert e *C*, Infeste *Z*
 67 Pr(a)eceps *SZ*, Praeceptis *C* materq; *CZ*, mateq; *S*
 68 victos Ω , natos *Pithou* tunc *AR*, tum *CSH* 69 Tunc
 imber *Vollmer*, Tum liber Ω cessat *CS*, c(a)essa *H¹A*, cressa *H²*,
 celsa *R* 70 decus Ω , deus *R* nunc Ω , tunc *R* 71 Gur-
 gite *Z*, Curcite *CS* (a)et(h)na Ω , etnam *H* 72 nastoq; *CS*,
 uasti (sic) qui *Z* pondere Ω , pondera *H* 73 petulans *Z*,
 petula in se *CS* 74 H(a)ec Ω , Aer *H¹* mendos(a)e Ω ,

plurima pars scaenae rerum est fallacia: vates
 sub terris nigros viderunt carmine manes
 atque inter cineres Ditis pallentia regna,
 mentiti vates Stygias undasque canesque.
 hi Tityon poena stravere in iugera foedum; 80
 sollicitant illi te circum, Tantale, poena
 sollicitantque siti; Minos, tuaque, Aeace, in umbris
 iura canunt idemque rotant Ixionis orbem, —
 quicquid et interius, falsi sibi conscia terra est.
 nec tu, terra, satis: speculantur numina divom 85
 nec metuont oculos alieno admittere caelo.
 norunt bella deum, norunt abscondita nobis
 coniugia et falsa quotiens sub imagine peccent,
 taurus in Europen, in Ledam candidus ales
 Iuppiter, ut Danaae pretiosus fluxerit imber. 90

mendacis *L. Müller*, ventosae *Unger* 75 Vatribus Ω , Faci-
 bus H^1 hinc Ω , hic R nobile Ω , nobilem H 76 pars
SZ, pass corr. in pars C scenae CS , scenae Z
CSH, uerum AR 77 Sub terris CS , Subternis H , Sub-
 terius AR 78 inter Ω , intet H^1 79 Mentiti Ω , Ventiti H^1
canesque Scaliger, canemque *Birt*, canentes Ω 80 in versu
vacuo nihil nisi H scripsit S Hii CH , Hi AR p(o)ena
 strauere (strauem H^1) Ω , strauere nouena *Haupt* f(o)edum
*CARH*², sedum H^1 , septem *Vat.* 3272 ξ 81 om. H^1 , sup-
 plevit H^2 illi Ω , illic *Haupt* p(o)ena $CSAR$, penā H^2
 (deest H^1), pomis *de Rooy*, pomo *Haupt*, cena *Baehrens* 82
 -que siti Ω , questi H^1 tuaq; CH , tuq; corr. in tuaq; S ,
 tuq; AR eace ARH^2 , cece H^1 , aeacce C , e/aeace (erasa a?) S
 83 ixionis CSH , isionis A , isonis R 84 Quicquid Ω , Quid H^1
 interius Ω , in terris *Baehrens* sibi conscia (cēcia S) CS , con-
 sortia (-cia H) Z terra est *Ald.* 1517, terrent Ω , terra ξ ;
servato terret lacunam statuit Munro requirens Pectora, *Bücheler*
supplevit versum Pectora, sub latebris fingunt consistere terrae
 85 Nec tu terra CS , Nec ut (ut *del.* H^2) terra H , Hec ut uera
 AR numina CSH , -ne AR 86 Nec Ω , Hec H^1 metuunt
 SH , metunt C , metiunt AR oculos CSH , oculis AR 87
 Norunt Ω , Horrunt (H in N corr. H^2) H nobis Ω , uobis H
 88 peccent (peccēt R) Ω , peccet *Schrader* 89 in Ω , & in H
 europen CS , -em H , -am AR 90 omiserunt AR danae
 CH , danē S

debita carminibus libertas ista, sed omnis
in vero mihi cura: canam, quo fervida motu
aestuet Aetna novosque rapax sibi congerat ignis.

quacunque immensus se terrae porrigit orbis
extremique maris curvis incingitur undis, 95
non totum et solido densum est; namque omnis hiatu,
secta est omnis humus penitusque cavata latebris
exiles suspensa vias agit; utque animanti
per tota errantes percurrunt corpora venae,
ad vitam sanguis omnis qua commeal idem, 100
terra voraginibus conceptas digerit auras.

scilicet aut olim diviso corpore mundi
in maria ac terras et sidera, sors data caelo
prima, secuta maris deseditque infima tellus,
sed tortis rimosa cavis et, qualis acervos 105
exilit imparibus iactis ex tempore saxis
ut crebro introrsus spatio vacuata charybdis
pendeat in sese, simili quoque terra futura est

91 libertas Ω , lebertas A^1 omnis CZ , istanis S 93
Aestuet CSA , (A)estuat HR nouosq; Ω , nouusq; H^1 con-
gerat CZ , congregat S 95 Extremiq; Ω , Estr- H in-
cingitur CS , hic igitur H , hic agitur AR 96 Non Ω , Nam
(sic) H^2 solido CS , solidum Z densum est *Vollmer*, desunt
 $CSAR$, desinit H hiatu CS , hiatus (hy- H) Z 97 est Ω ,
es H^1 omnis CSZ , intus *Sudhaus* 98 suspensa Ω , sus-
pensas H^1 agit utq; *Ald. 1517*, agiturq; CS , agit inq; Z
99 percurrunt Ω , discurrunt *Bormans* 100 com(m)eat Z , cum
meat CZ idem Ω , eidem *Ellis* post 100 legitur in H
Terra uoraginibus omnis q̄ comeat idem, s. s. H^2 Va . . . cat
101 digerit CS , dirigit Z auras Ω , aures H 103 ac CSH ,
et AR sors (ultima s in S corr. ex c?) data CSH , dataq; AR
104 secuta $CSAR$, secura H^1 , secunda H^2 deseditq; Ω ,
descendit (om. q; R 105 tortis (an toritis S) CS , totis Z
aceruus CSH^2 , aceruans (-as H^1) Z 106 Exilit CS , Exiit Z
107 crebro Z , crebrer C , crebor S introrsus CZ , introrsus S
post spatio in hoc versu nihil perscripserunt Z uacuata *Ald.*
1517, uacat acta CS , vacefacta *Bücheler* charibdis C , carinis
corr. in charims S 108 simili scil. acervo Ω , similq; A terra
 Ω , terre H futura est *Vollmer*, futur(a)e Ω , figura *Ald. 1517*

in tenuis laxata vias, non omnis in artum
 nec stipata coit — sive illi causa vetusta est 110
 nec nata est facies, sed liber spiritus intrat
 et fugiens molitur iter; seu nympha perenni
 edit humum limo furtimque obstantia mollit;
 aut etiam inclusi solidum vicere vapores
 atque igni quaesita via est; sive omnia certis 115
 pugnare locis — non est hic causa docenda,
 dum stet opus causae. quis enim non credit inanis
 esse sinus penitus, tantos emergere fontes
 cum videt ac totiens uno se mergere hiatu?
 non ille ex tenui quocunque agat, apta necesse est 120
 confluvia errantes arcessant undique venas
 et trahat ex pleno quo fortem contrahat amnem.
 flumina quin etiam latis currentia rivis
 occasus habuere suos: aut illa vorago
 derepta in praeceps fatali condidit ore, 125

109 omnis *SZ*, omnes *C* artum *CS*, arcum *Z* 111 Nec *Z*,
 Haec *CS* post *Hec scripserat stipata ex 110, sed delevit S*
 intrat *SH*², intra *CZ* 112 Et fugiens *Bormans*, Effugiens Ω
 mol(l)itur *ARH*², mol(l)itus *CSH*¹ iter *SZ*, inter *C* seu
CS, sed *Z* nympha *CS*, l- *Z* per(h)enni Ω , perhenne *H*²
 113 limo *CS*, limum *H*, binū *AR* mol(l)it *CS*, mollis *H*,
 moli *AR* 114 Aut *CS*, Haud *Z* vicere *Sevin*, uidere Ω ,
 exedere *Ald. 1517*, rupere *Jacob*, solvere *Birt* uapores *CSH*,
 -em *AR* 115 siue Ω , sine *H* 116 Pugnare Ω , Pug-
 nare *H*¹ hic *CSH*, om. *A*, ibi *R* causa Ω , clausa *H*¹
 docenda *Clericus*, dolendi Ω , docendi *Ald. 1517* 117 non
 (om. *S*) credit inanis *CS*, om. *Z* credat *Ald. 1517* 118.
 119 uno versu sic *S*: E. s. p. tanto se mergere hiatu 118 fontes
Z, -is *C* 119 ac *Z*, hac *C* totiens *Haupt*, torres (n *supra* e)
C, torrens *Z* hiatu (vel hy-) Ω , hyatum *H* 120 Non *Z*, Nam
CS, Nata *Bücheler* ille *CHA*, illo *R*, evanuit in *S* quo-
 cunque *Sudhaus*, uocemque Ω , uacuoque *Scaliger* 121 Con-
 fluuia *H*², Cum fluuio *C*, Cum fluuia *S*, Confluit *AR*, Cum flu-
 mina *H*² arcessant *CSH*, -scant *AR* uenas *CS*, et undas *Z*
 122 Et trahat *CSH*, Extrahat *AR*, Ut trahat *Munro* ex
 pleno Ω , exemplo *A* quo *Vollmer*, quod Ω fortem *C*, fontē
 (r *supra* n) *S*, fonte *Z* 123 riuis Ω , ripis *Bormans* 124 aut
*CSA*², haud *Z* 125 Derepta *Clericus*, Dir(r)epa *Z*, Direptam *CS*

aut occulta fluont tectis adoperta cavernis
 atque inopinatos referunt procul edita cursus.
 quod nisi diversos emittat terra canales
 hospitium^x fluviis, haut semita, nulla profecto
 fontibus et rivis constet via pigraque tellus 130
 conserta in solidum segni sub pondere cesset.
 quod si praecipiti conduntur flumina terra,
 condita si redeunt, si qua et iam incondita surgunt,
 haud mirum, clausis etiam si libera ventis
 spiramenta latent. certis tibi pignera rebus 135
 atque oculis haesura tuis dabit ordine tellus.
 immensos plerumque sinus et iugera pessum
 intercepta licet densaque abscondita nocte
 prospectare procul, chaosa ac sine fine ruinas.
 cernis et in silvis spatiosa cubilia retro 140
 antraque demersas penitus fodisse latebras:

126 Aut Ω , Haud *H* adoperta (-te *S*) *CSAR*, adoperata *H* cauernis *Z*, auernis *CS* 127 cursus Ω , rursus *H*¹
 128 ni *Iacob*, si Ω diuersos Ω , -as *H*² 129 fluviis *Birt*.
 fluumium *CS*, fluminum *Z*, fluuiorum *Ald.* 1517 Haud *Clericus*,
 aut *CSHA*, uel *R* semita *CS*, s(a)emina *Z* 131 Conserta Ω , Conferta *Ald.* 1517 solidum Ω , gelidum *R* segni
CS, segnis *Z* 132 terra *CS*, terr(a)e *Z* 133 qua et iam
Scaliger, qua etiam Ω , quaedam *Bormans*, quae iam *Bachrens*
 134 clausis *Z*, classis *CS* etiam *CZ*, & *S* (*lineola superaddenda non cernitur*) 135 latent Ω , patent *Clericus*
 pignera *CSH*¹, pignora *H*²*AR* 136 tuis *CSH*², uis *H*¹, uix *AR* dabit *CSH*, dabitur *AR* 137 Immentos *CS*, Imensum (*Imm-H*) *Z* pessum Ω , possum *A* inde a v. 138
 usque ad v. 287 praesto sunt lectiones codicis *Gyraldini*, plenae inde a v. 272 138 Intercepta *CS*, Inter certa *AR*, Inter cetera *H* licet *G*, leget *CSZ* densaque a. nocte *G*, dens(a)eque a. nocti (-is *R*) *CSZ* 139 procul *CSZ*, om. *G*, sed 'uastum (post chaos inserendum) *V* in margine incertum an ex conjectura *Heinsii*' *Burmman* ac *CSZ*, et *G* ruinas *G*, ruin(a)e *CSZ* 140 Cernis *CSH*, Cernus *AR* spatiosa *Ald.* 1517, spatioque (-ci- *SH*) *CSZ* 141 demersas *G*, demissa (dim- *S*) *CSZ* penitus *G*, pedibus *CSZ* fodisse *CS*, fedisse *H*¹, fodisse s. s. † forasse *H*², fudisse *AR* latebras *G*, latebris *CSZ*

Def. Vollm., Def.
 2016. MSB 17
 58

incomperta via est, aer tantum effugit ultra.
 argumenta dabunt ignoti vera profundi,
 tu modo subtiles animo duce percipe curas
 occultamque fidem manifestis abstrahe rebus. 145
 nam quo liberior quoque est animosior ignis
 semper in inclusis, nec ventis segnior ira est
 sub terra penitusque movent hoc plura: necesse est
 vincla magis solvant, magis hoc obstantia pellant.
 nec tamen in rigidos exit contenta canales 150
 vis animae flammaeve: ruit qua proxima cedunt
 obliquomque secat qua visa tenerrima causa est.
 hinc terrae tremor, hinc motus, ubi densus hiantes
 spiritus exagitat venas cessantiaque urget.
 quod si spissa foret, solido si staret in omni, 155
 nulla daret miranda sui spectacula tellus
 pigraque et in pondus conferta immobilis esset.

142 aer *Iacob*, aeri *G*, operum (opm *H*) *CSZ* tantum
*CSH*¹, tamen *H*² *AR* effugit ultra *G*, effluit intra *CSZ*
 post 142 lacunam esse volebat *Munro* 144 animo *CSAR*,
 anime (corr. in -a *H*²) *H*¹ duce *CSHA*, due *R* percipe
CSZ, perape *H*¹ 145 Oc(c)ultamque *CSZ*, Occultique *Bach-*
rens manifestis *CSAR*, manifestam *H*¹ corr. in -ste *H*²
 abstrahe *GCSAR*, astrae *H*¹, ac strue *H*² rebus *CSH*,
 uerba *AR* 146 Nam *CSZ*, om. *H* 147 in inclusis (-us *C*)
CSZ uentis *GCS*, uectus *Z* segnior *GCS*, senior *H*,
 feuior *A*, scaeuior *R* 148 mouent (*G?*) *CSH*, mouet *AR*,
 mouens *ed. Ascens. 1507* 150 rigidos *CSZ*, riuos *G*, riguos *Hein-*
sius exit contenta *CS*, hesit contōcia *H*¹, exit condensa *H*²,
 h(a)esit conte(n)ta *AR* 151 Vis animae *CS*, Visa (-ia *A*) nimie
 (-is *R*) *Z* flammaeve ruit *G*, flamma uerit *CS*, flamma neu-
 rit *H*, flamma urit *AR* qua *Vat. 3272* ε, quam *CSZ* 152
 Obliquumque (-cum-*S*, -qu-*H*) *CSH*, Ob(l)iquamque *AR* secat
CSZ, secant *GH*² qua *CSAR*, quam *H*, quae *G* uisa *CSZ*,
 caussa *G* tenerrima *CSAR*, cenerrima *H*¹ corr. in deterrima
 sed s. s. tenerrima *H*² causa est *CSH*¹, causam *H*², causa
 (om. est) *AR*, massa est *Munro*, pars est *Sudhaus*, claustra
Unger 153 ubi *CSZ*, ibi *H*² hiantes *G*, hiatu (hy-*H*¹) *CSH*¹,
 † hiatū *H*², hiatus *AR* 155 solido si staret *GCS*, solidos
 (-doq; *H*²) instaret *Z* in omni *G*, in anni *C*, in āmi *S*,
 inmani *H*, inani *AR* 157 conferta immobilis *G*, confert

sed summis si forte putas concreescere causis
 tantum opus et subitis alimentum viribus ora,
 quae patula in promptu cernis, vastosque recessus, 160
 falleris et nondum <in> certo tibi lumine res est.
 namque illis quaecunque vagantur hiatibus, omnes
 et sese introitu solvont adituque patenti
 conceptae languent vires animosque remittunt.
 quippe ubi quod teneat ventos acuatque morantis 165
 in vacuo defit, cessant tantumque profundi
 explicat errantis et in ipso limine tardant:
 angustis opus est turbanti faucibus, illic
 fervet opus est densaque premit premiturque ruina
 nunc Euri Boreaeque Notus, nunc huius uterque. 170
 hinc venti rabies, hinc saevo quassat hiatu

immobilis *CS*, confertim mobilis *Z* 158 concreescere *G*, con-
 credere *CS*, congregere *Z* 159 subitis *G*, summis (sumis *H*²)
CSZ viribus *CSAR*, uilibus *H* ora (*G*?), oris (*G*?) *CSZ*
 160 Qu(a)e *CSZ*, Quod *Iacob* patula *G*, ualida *CSZ* vastos-
 que *G*, ualidosque (-osaq; *H*) *CSZ* 161 Falleris et *G*, Fallere
 sed *CSZ* nondum *CSZ*, nundum *R* in *Vollmer*, om.
GCSZ certo tibi lumine res est *G*, tibi lumine certa; retro
CSZ 162 illis *G*, illic *H*², illuc *CSH*¹, illud *AR* quae-
 cunque *G*, quodcumque *CSARH*², quocumque *H*¹ uagantur
 hiatibus *Bachrens*, uacant hiatibus *G*, uacat hiat impetus (hiatū
 pecus *Z*, specus *H*²) *CSZ*, uacant in hiatibus *Munro* qui post
 162 *versum deesse coniecit* omnis *GCSZ* 163 Et *CSZ*, Haec
opinor sese *GCS*, ros(a)e *Z* 164 Conceptae *G*, Conuersae *CSZ*
 165 quod teneat *Haupt*, contineat (-uat *S*) *CSZ*, qui teneat *G*,
 qui intendat *Sudhaus* uentos acuatque *Munro*, (uentos) aquas-
 que (*an* qua quasque *G*, uentosa qua (qua *om.* *Z*) qu(a)eque *CSZ*
 166 defit *G*, desint (-sinit *R*) *CSZ* cessant *GCS*, cessa *Z*,
 cesa *H*² 167 limine *CSH*, limite *GAR* tardant *CSHA*,
 tradunt *G*, tradant *R* 168 Angustis *CSZ*, -us *H*¹ tur-
 banti *G*, turbant in *CSH*, turbare (-burare *A*) in *AR* illic
Bormans, illo *G*, illos *CSZ* 169 densaque premit *G*, densique
 premunt *CSZ* premiturque *CS*, premita *H*¹, premitq; *H*² *AR*
 ruina *CS*, ruinas *Z* 170 Nunc euri *G*, Hinc (Hic *AR*) furtim
 (-um *C*) *CSZ* notus *G*, not(h)o *CSZ* uterque est *GCSZ*,
 est *del.* § 171—214 in *S* periere initia et ceteroqui laesi sunt,
 proinde noti confidere quid legatur nisi deserto meo testimonio

fundamenta soli, trepidant urbesque caducae.
inde, neque est aliud (si fas est credere), mundo
venturam antiqui faciem, veracius omen.

haec immo cum sit species naturaque terrae, 175
introrsus cessante solo trahit undique venas
Aetna sui: manifesta fides et proxima vero est.
non illi duce me occultas scrutabere causas,
occurrent oculis ipsae cogentque fateri.

plurima namque patent illi miracula monti. 180
hinc vasti terrent aditus merguntque profundo,
porrigit hinc artos penitusque exaestuât ultra.

hinc scissae rupes obstant discordiaque ingens
inter opus, nectunt aliae mediumque coercent,
pars igni domitae, pars ignes ferre coactae, 185
ut maior species Aetnae succurrat inanis.

haec illi sedes tantarumque area rerum est,
haec operis visenda sacri faciesque domusque.

171 Hinc H^2AR , Hic CH^1 . $S n. l.$ hinc $CSAR$, hic H
s(a)euo $CSHA$, scaeuo R 172 soli G , solo CZ , $S n. l.$ trepidant $CSARH^2$, trepidat H^1 173 Inde CZ , $S n. l.$, Vnde H^2
174 Venturam Z , -um corr. in -am C , $S n. l.$ antiqui $GCSZ$, antiquam $edd.$ 175 immo G , primo CZ , $S n. l.$, imo $Matthiae$, imae $Schrader$ species GCZ , facies S -que CSZ , -ue G
176 trahit CSZ , trahat G est CSH , om. AR 178 illi G , illinc CH , $S n. l.$, illic AR oc(c)ultas $CSARH^2$, oculata H^1
179 ipsae $ed. Ven. 1475$ ζ , ipsi CSZ cogentque $CSAR$, cogentque H 180 miracula CSZ , spiracula $Bachrens$ 182
Porrigit (hinc) G , Corrigit hic CZ , $S n. l.$ artos $Machly$, artus GCZ , -us $apparent$ in S (penitusque) exaestuât G , penitus quos (pro quos habent q; Z) exigit CSZ 183 scissae G , spiss(a)e CZ , $S n. l.$ 184 aliae G , uaries CH^1 , u f in S $apparent$, uarios H^2AR mediumque CSH , mediosque R , item an -asq; A 185 ignes $CSAR$, segnes (corr. in signes H^2) H^1 ferre CSH^2AR , uere H^1 187. 188 hoc ordine habuit G , 188 omiserunt CSZ 187 illi G , illis CSZ sedes tantarumque area rerum est $ed. Ven. 1475$, tantarum (tant-periere in S) sedesque arcarum est CS , tantarum sedesque (sedeq; R) area (arca A , circa R) rerum est Z 188 operis $volgo$, operi G

nunc opus artificem incendi causamque reposcit.
 non illam parvo aut tenui discrimine signes, 190
 mille sub exiguom venient tibi pignora tempus:
 res oculos ducent, res ipsae credere cogent.
 quin etiam tactu moneant, contingere tuto
 si liceat: prohibent flammae custodiaque ignis
 illi operi est arcens aditus divinaque rerum 195
 cura sine arbitrio est: eadem procul omnia cernes.
 nec tamen est dubium, penitus quis torreat Aetnam
 aut quis mirandus tantae faber imperet arti.
 pellitur exustae glomeratim nimbus harenae,
 flagrantes properant moles, volvontur ab imo 200
 fundamenta, fragor tota nunc rumpitur Aetna,
 nunc fusca pallent incendia mixta ruina.
 ipse procul tantos miratur Iuppiter ignes,
 neve sepulta novi surgant in bella gigantes

189 artificem CSZ, -um H¹ incendi C, -ii G, -ia SZ cau-
 samque CSZ, cau(s)saque G reposcit CSZ, poposcit G 190
 illam G CSZ, illa in *Baehrens* parvo aut tenui discrimine signis
 (signes *Heinsius*) G, parui (par-*periere in S*) aut tenuis discriminis
 (-na H¹) ignes CSZ 191 Mille G CARH², Ville H¹, S n. l.
 exiguum venient tibi pignora tempus G, exiguo (exig- in S
decisae) ponent tibi (ibi S, ponentibus C) tempora (-re H² AR)
 uera CSZ 192 oculos ducent G, oculique docent CZ, S n. l.
 ips(a)e CSAR, ipsa H cogent GH¹, -unt CSAR, -it H² 193
 moneant (mou- R) AR, moneat GCS, monet H *solent distin-*
guere post contingere tuto G, toto CSZ 195 Illi CZ, Illic H²,
 S n. l. operi G, operum C, S n. l., opertum Z arcens s, arcent
 CSZ aditus GC, adhitus S, ditis H, dietis AR *post* 195
dant verum 186 Ut maior eqs CSZ, non hic habuit G 196 sine
 CHA, siue R, S n. l. cernes C, certes S, cernis Z 197 Nec
 CH, Non AR, S n. l. est CHA, om. R, S n. l. quis G,
 quin CSZ torreat G, torqueat CSZ Aetnam *Scaliger*,
 (a)et(h)na CSZ 198 quis (G?) CZ, S n. l., qui s imperet ed.
Ascens. 1507, imperat GCSZ 199 exustae ed. *Ascens. 1507*,
 exhaustae G, exut(a)e CZ, S n. l. glomeratim G, glomeratur
 (-antur SR) CSZ 200 uoluuntur SZ, uoluntur C 202 Nunc
 CHB, S n. l., Non A fusca CHA, S n. l., fusta R incendia
 CHA, -di R 203 tantos G, magnos (ma *decisae in S*) CSZ
 204 Neue CZ, S n. l., Ne G surgant CSAR, -unt H

neu Ditem regni pudeat neu Tartara caelo 205
 vertat in occulto: tantum tremit omniaque extra
 congeries operit saxorum et putris harenae.
 quae nec sponte sua veniunt nec corporis ullis
 sustentata cadunt robusti viribus: omnes
 exagitant venti turbas ac vertice saevo 210
 in densum collecta rotant volvontque profundo.
 haec causae spectanda ferunt incendia montis;
 spiritus inflatis nomen, languentibus aer.
 nam prope, nequaquam par est violentia flammae;
 ingenium velox illi motusque perennis, 215
 verum opus auxilium est ut pellat corpora: nullus
 impetus est ipsi: qua spiritus imperat, audet:
 hic princeps magnoque sub hoc duce militat ignis.

205 Neu *CH²AR*, Heu *H¹*, *S n. l.* pudeat (pu *abscisae*
in S) *CSH²AR*, pudet *H¹* 206 Vertat *AR*, Vertant *CH²*,
 Vertunt *H¹*, *S n. l.* tremit *G*, premit *CSZ* omniaque
 extra *G*, omnia dextra *CSZ* 207 operit *Ald. 1517*, operis
 (oper *abscisae in S*) *CSZ*, opes *H¹* saxorum *CZ*, xasorum *S*
 arenae *G*, (h)arena *CZ*, *in S n. certae nisi hare* 208 Qu(a)e
CHA, Quem *R*, *S n. l.* ueniunt *G*, faciunt (fat- *R*) *CSZ*, *in*
S supra versum additum ullis *G H²*, ulli *CSZ* 209 ro-
 busti *G*, robustis *CSZ* 210 Exagitant *G*, Exigitur *CZ*, *S n. l.*
 uenti turbas ac *G*, uenti turbas a (*solae -i turb cernuntur in S*)
CS, uertitur basa (-*sis H²*) *H*, uertitur saxa *R*, ueritur saxo *A*
s(a)eno GCSH, om. *AR* 211 collecta *G*, coniecta (conie
abscisae in S) *CSZ* 212 Haec causae *G*, Haec (Nec *H*, Hac
AR) causa *CZ*, *S n. l.* spectanda *Bachrens*, expectanda *G*,
 expectata (ectata *superest in S*) *CSZ* ferunt *Maehly*, terunt *G*,
 ruunt *CZ*, *S n. l.* montis *Z*, mortis *C*, *in S nil lego nisi mo*
 213 inflatis *CZ*, -us *H²*, *S n. l.* 214 prope nequicquam
 (-*quid C*, -*quaq-Bachrens*) *GC*, *S n. l.*, prop(olena quicquam (quit-
 quid *H*) *Z* par est *CZ*, *S n. l.*, pars est *G*, per se est *Wagler*
 uiolentia *G*, uolentia *C*, uoluentia (-*cia H*) *Z*, *S n. l.* flam-
 mae *G*, semper *CZ*, *S n. l.* 215-258 *partim aegre leguntur in S*
 216 corpora *G*, corpore (corpe *H*) *CSZ* 217 ipsi *CAR*, idsi *S*,
 illi *H* audet *G*, audit *CSHR²*, audis *AR¹* 218 Hic
Schrader, Hinc *GCS*, Nunc *Z* magnoque sub hoc duce *Munro*,
 magnosque (magnus qui *G*) sub hoc duce *CSZ*, magnus, quo
 sub duce *Bachrens*

nunc quoniam in promptu est operis naturae solique,
unde ipsi venti, quae res incendia pascit, 220
cur subito cohibent vires, quae causa silenti,
subsequar: immensus labor est, sed fertilis idem:
digna laboratis respondent praemia curis.

non oculis solum pecudum miranda tueri
more nec effusis in humum grave pascere corpus, 225
nosse fidem rerum dubiasque exquirere causas,
ingenium sacrare caputque attollere caelo,
scire quot et quae sint magno fatalia mundo
principia (occasus metuont, ad saecula pergunt,
et firma aeterno religata est machina vinclo), 230
solis scire modum et quanto minor orbita lunae est
(haec brevior cursu bis senos pervolat orbis,
annuos ille movet), quae certo sidera currant

219 promptu *CSA*, promptum *HR* operis *CSH*², operi *Z*
220 Vnde *G*, Vna (V/a *lego in S*) *CSZ* pascit *CSH*²*AR*,
poscit *H*¹ 221 Cur *G*, Cum *CSZ* cohibent vires (*an*
venit ad?) *Heinsius*, cohibent iners *G*, cohibetur inest *CSZ*,
cohibentur, iners *Matthiae* silenti *CSZ*, silenti *G* 222
inde ab Immensus exordiuntur Excerpta; vide praef. p. 8 iuxta
fertilis idem adscripsit Burmannus venit ad vires V; videtur
fuisse coniectura Heinsii pertinens ad 221 cohibent iners 223
Digna *Exc. CSZ*, Pigra *G* laboratis *G*, laborantis *Exc. CSZ*
224 solum *Exc. CSHA*, om. *R* pecudum *Exc. SZ*, peccu-
dum *C*, pecudis *n* tueri *G*, uidere *Exc.*, fuere *CSZ* 225
effusis- (us *n*) *Exc. CSZ*, effusos *Wernsdorf* 226 Nosse *CS*,
Nosce *Z* rerum *G Exc.*, rebus *CSZ* exquirere *Exc. CSH*,
exposcere *AR* 227 Ingenium sacrare *G*, Sacra per ingentem
CSZ caputque attollere caelo *G*, capitique attollere c(a)elum
CSZ 228 quot *Exc. SA*, quod *CHRp*¹ sint *OZ*, sunt
corr. in sint S magno *G Exc. CSH*, in magno *AR* fata-
lia *G*, natalia *Exc. CS*, talia *Z* 229 metuunt *CSH*, metiunt
(mec- *A*) *AR* 230 uinclo *GC*, mundo *SZ* 231 ante modum
coeptum est scribi dom sed deletum in S orbita *Exc. CSHA*,
orbita *R* lun(a)e est (est om. *e*) *Exc. H*²*AR*, luna est *CSH*¹
232 Haec *Exc. CSH*², Hoc *G*, Ehaec *H*¹, Cheo *AR* cursu
bis senos *GCS*, cur sub(i)isse *Z*, cur bis senos cito *Exc.* per-
uolat *G*, peruolet *Exc. CSZ* ignis ante orbis scripsit et
delevit H orbis *G Exc. CS*, orbis *Z* 233 Annuus *Exc. C*

ordine quaeve suos servant incondita motus,
 scire vices etiam signorum <et> tradita iura 235
 (sex cum nocte rapi, totidem cum luce referri),
 nubila cur Panope caelo denuntiet imbres,
 quo rubeat Phoebe, quo frater palleat igni,
 tempora cur variant anni (ver, prima iuventa
 cur aestate perit, cur aestas ipsa senescit 240
 autumnoque obrepit hiemps et in orbe recurrit?);
 axem scire Helices et tristem nosse cometen,
 Lucifer unde micet quave Hesperus, unde Bootes,
 Saturni quae stella tenax, quae Martia pugnax,
 quo rapiant nautae, quo sidere lintea pendant; 245
 scire vias maris et caeli praediscere cursus,
 quo vocet Orion, quo Sirius excubet index,
 et quaecunque iacent tanto miracula mundo
 non congesta pati nec acervo condita rerum,
 sed manifesta notis certa disponere sede 250

(hic altera u supra versum) SHR, Annus R mouet GHR,
 monet CSA, meet Exc., meat Wagler sidera Exc. R, sidere
 CSHA 234 qu(a)euē GCSZ, quaeque s suos seruent G,
 suo errant CSZ motus G, cura CSAR, thura H¹, iura H²,
 cursus Munro 235 et ed. Ven. 1475, om. Exc. CSZ
 iura CSZ, cura est Exc. 236 servavit G, omiserunt Exc.
 CSZ 237 panope caelo G, caelo terris Exc. CSZ, Phatne
 caelo Matthiae, Phaeo caelo Unger; res ignota imbres
 Exc. CSH²AR, imbris H¹ 238 rubeat CSZ, iubeat Exc.
 palleat Exc. CAR, pelleat S, pellat H¹, polleat H² igni CSH,
 igne G Exc. AR 239 uariant GCS, uariant Exc. Z uer
 prima G, primaque Exc. CSZ 240 Cur GZ, Cura CS, Ver
 Exc. cur Exc. SZ, cura C senescit Exc. CH, S n. l.,
 senescat AR 241 recurrit Exc. CSAR, currit H¹, ecurrit H²
 242 nosse Exc. CS, nosce Z cometen CS, -em Exc. Z 243
 bootes CSH²R, boetes Exc. H¹A 244 martia Exc. S²R,
 mastia C, S¹ ut videtur, marcia HA 245 pendant G, tend
 dant (-ent H) Exc. CSZ 246 uias Exc. CSZ, uices Matthiae
 praediscere CS, praedicere Exc. Z; at cf. Verg. georg. 1, 51
 247 Quo Exc. CSZ, Qua G uocet G, uolet (-at p) Exc. CSZ
 sirius Ald. 1517, setius CS, secius H, serus AR, omis. spatio
 relicto Exc. excubet G, incubet (-at H) Exc. CSZ 248
 iacent Exc. CSZ, latent Bachrens 249 congesta G, digesta

singula — divina est animi ac iucunda voluptas.
 sed prior haec homini cura est, cognoscere terram
 quaeque in ea miranda tulit natura notare:
 haec nobis magis affinis caelestibus astris.
 nam quae mortali cuiquam est amentia maior, 255
 in Iovis errantem regno perquirere divos,
 tantum opus ante pedes transire ac perdere segnem?
 torquemur miseri in parvis terimurque labore.
 scrutamur rimas et vertimus omne profundum,
 quaeritur argenti semen, nunc aurea vena, 260
 torquentur flamma terrae ferroque domantur,
 dum sese pretio redimant, verumque professae
 tum demum vilesque iacent inopesque relictæ.

Exc. CSZ 250 certa *Exc. Z*, cerata *CS* sede *Exc. CAR*, sedem *H*, sed *ceteris evanidis S* 251 diuina *Exc. CSZ*, diuini ξ uoluptas *CSZ*, uoluntas *Exc.* 252 h(a)ec *CSZ*, hac *Schrader* homini *Schrader*, omni *G*, dominis *C*, hominis *Z* et *S* ut videtur 253 *versum om. AR* 253 Quaeque in ea *G*, Et qu(a)e nunc *CSH* 254 magis *G*, magna *CSZ* 255 mortali cuiquam est *G*, mortalis spes est (est *supra* spes *C*) quaeue (qu(a)e *AR*) *CSZ* amentia *CSH*², amantia (vel -cia) *Z* maior *C* (*S n. l.*) *H*², maius *H¹A²R*, magis *A¹* 256 In *CSZ*, Quam *Sudhaus* iouis *SZ*, iuuis *corr. in io-C* perquirere *CSHA*, perquire *R* diuos *G*, uelle *CSZ* 257 ante pedes *CSH*, om. *AR* ac *GCSH*, et *AR* segnem *Iacob*, segne est *G*, segnes *CSZ* 258 terimurque *G*, premimurque ($\bar{p}m$ urq; *S*) *Exc. CSZ* labore *G* *Exc. CSH*², -em *H¹*, -is *AR* 259—261 huc signis numerisque revocavit *Burmans* in exemplari *Leidensi*, nec tamen adnotavit, quem fontem secutus sit. quia autem in *f* versus 259—261 post 279 scripti non sunt, omnem habet probabilitatem conicere verum ordinem (ut ex *Heinsiano* retulit *Matthiaeus*) existitisse in *G*; post 279 habent *CSZ*; ordo *versuum* in *Excerptis* probare videtur hos tres versus aliquando in marginem abiisse 259 et uertimus *G* *Exc. CSZ*, euerrimus *Schrader* 261 Torquentur (-ter *A*) *Exc. CSZ*, Torrentur *G* flamma *Exc. CSH²A*, flammæ *H¹*, fama *R* domantur *Exc. CS*, domantis *Z* 262 abscissus in *S* Dum *CZ*, Ut *Exc.* uerumque *Exc. CZ*, aurumque *Machly*, lucrumque *Bachrens* professae *Exc. C*, professa est *Z* 263 vilesque iacent *Machly*, humilesque iacent *G*, uiles taceant *CSZ* Turpe silent artes uiles *Exc.*

noctes atque dies festinant arva coloni,
 callent rure manus, glebarum expendimus usum: 265
 fertilis haec segetique feracior, altera viti,
 haec plantis humus, haec herbis dignissima tellus,
 haec duro melior pecori silvisque fidelis,
 aridiora tenent oleae, sucosior ulmis
 grata — leves cruciant animos et corpora curae, 270
 horreaque ut saturent tumeant et dolia musto
 plenaque desecto surgant faenilia campo:
 sic avidis semper quaevis est carior ipsis.
 implendus sibi quisque bonis est artibus: illae
 sunt animi fruges, haec rerum est optima merces: 275
 scire quid occulto terrae natura coercet,
 nullum fallere opus, non mutum cernere sacros

264 festinant *Exc. Z*, festinent *CSp*² 265 Callent *CSHA*,
 Collent *R* rure *CZ*, rura *S* expendimus usum *G*, ex-
 pellimur usu *Exc. CSZ* 266 Fertilis *Exc. CSZ*, Fertili *H*¹
 segetique *Exc. CSZ*, segeteque *R*¹, segetis (*om. que*) *G*, segetis-
 que ξ feracior vel -tior *Exc. CSZ*, veracior *H* 267
 plantis *G*, platanis *Exc. CSZ* 268 duro *G*, dura et *Exc.*,
 diuiti *CSZ* siluisque *Exc. CZ*, sillisque *S* 269 ole(a)e
Exc. CSH, oleo *R*, olio *A* ulmis *Exc.*, ulmus *CSZ* 270
 Grata *Exc. CSHR*, -te *A* animos *Exc. CSHR*, -mo *A*
 curae ξ , caus(a)e *Exc. CSZ* 271 Horreaque ut *G*, Horrea
 uti *Exc. CSZ* saturent *Exc. CSZ*, sature *G* tumeant
*Exc. CSH*², rudeant *H*¹. tund(e)ant *AR* et *Exc. CSZ*, ut *G*
 dolia *Exc. AR*, dolea *CSHn* in versibus 272—287 praeter
 g adest f 272 Plenaque *G Exc. CS*, Planaq; *Z* surgant
G Exc. CSAR, surgent *H* fenilia *G Exc. H*, fenilia *C*,
 fenialia *S*, reuilia *AR* 273 Sic avidis *Matthiae*, Sic auidi
GCS, Sica (Siqua *H*²) uidi *H*, Sicca uidi *AR* quaevis res
Baehrens (*ego subaudio cura*), quouis est *G*, qua uisum est
CSZ, sua res est *Sudhaus* carior *GR*, c(h)arius *CSA*, car-
 nis *H* ipsis (illis ipsis f) *G*, istis *CSZ* 274 bis scripsit *H*
 bonis *GCSAR*, bonus bis *H* artibus *GSC*, astibus *C*¹ illae *G*,
 illis *CSZ* (*sed H* priore loco istis) 275 h(a)ec *GAR*, h(a)e
CSH est optima *G*, maxima *CSZ* 276 quid *GCSHA*,
 quod *R* oc(c)ulto *GZ*, exulto *CS* terrae natura *G*,
 natura (-r(a)e *AR*) terra (-re *H*) *CSZ* 277 mutum *Haupt*,
 multum *G*, multos *CS*, multo *Z*, motum *Postgate*

Aetnaei montis fremitus animosque furentis,
 non subito pallere sono, non credere sup(er)
 caelestis migrasse minas aut Tartara rumpi, 280
 nosse quid intendat ventos, quid nutriat ignes,
 unde repente quies et iuncto foedere pax sit.

concresecant animae penitus, seu forte cavernae
 introitusque ipsi sorbent, seu terra minutis
 rara foraminibus tenuis in se abstrahit auras 285
 (plenius hoc etiam, rigido quia vertice surgens
 illinc infestis atque hinc obnoxia ventis
 undique diversas admittere cogitur auras,
 et coniuratis addit concordia vires),
 sive introrsus agunt nubes et nubilus auster — 290
 si forte inflexere caput tergoque feruntur,
 praecipiti deiecta sono premit una fugatque

278 Aet(h)nei *GCSAR*, Etne in *H* animosque *GCS*,
 animisque (-mtisq; *H*) *Z* 279 pallere *G*₅, callere *CSZ* post
 279 secuntur in *CSZ* 259—261, non habet *f* 280 C(a)elestis
*GCSH*², Celesti *Z* rumpi *G*, mundi *CSZ* 281 Nosse
GCS, Nosce *Z* quid (*bis*) *GCSHA*, quod (*bis*) *R* inten-
 dat *G*, impediatur *CSZ* uentos *GCSAR*, uentosq; *H* ignes
*GH*², ignis *AR*, illos *C*, om. *SH*¹ 282 repente *CSZ*, re-
 perta *G* iuncto *Mencken*, multo *GCSZ*, inulto vel muto
Oudin *f*(o)edere *CSZ*, federe (o *supra primam e*) *f* sit
CSZ, est *G* 283 Concresecant *GCSZ*, Cum crescant *Iacob*
 anim(a)e *G*, animi *CSZ* forte *CSZ*, porta *G* 284 sorbent
Sudhaus, seruent *GCZ*, feruent *S* 285 tenues *G*, neue *CSZ*
 in se *GCSH*, iussae *AR* abstrahit *Sudhaus*, abstrahat
GCSA, abstrahat *H*, abtrahat *R* auras *GCSRH*²*A*¹, aures
*H*¹*A*² 286 quia *GCSH*, qua *AR* uertice *GSZ*, uestice *C*
 surgens *G*, surgit *CSZ* 287 infestis *Iacob*, -us *CSZ*, infessa
 est *G* obnoxia *GCSAR*, obnixa *H*¹, obnoxia (*sic*) *H*²
 uentis *G*, uitis *CSZ* in uentis *desinit G* (et *g* et *f*) 288
 diuersas *CSHA*, aduersas *R* admit(t)ere *CZ*, admittat *S*
 cogitur *Schrader*, cogitat *CSZ* 289 addit *CSAR*, addidit *H*
 290 introrsus *CZ*, introrsus *S* 291 Si *Iacob*, Seu *CSZ* in-
 flexere *Iacob*, flexere *CSZ* tergoque *CSZ*, retroque *Friese-*
mann 292 deiecta *Scaliger*, delecta *CSZ*, delata *Ald. 1517*
 sono *CSZ*, noto *Schrader* una *CSZ*, ima *Birt*

torrentis auras pulsataque corpora denset.
 nam veluti sonat ora diu Tritone canoro
 (pellit opus collectus aquae victusque movere 295
 spiritus et longas emugit bucina voces)
 carmineque irriguo magnis cortina theatri
 imparibus numerosa modis canit arte regentis,
 quae tenuem impellens animam subremigat unda:
 haud aliter summota furens torrentibus aura 300
 pugnat in angusto et magnum commurmurat Aetna.
 credendum est etiam ventorum existere causas
 sub terra similis harum quas cernimus extra,
 ut, cum densa premunt inter se corpora, turba
 elisa in vacuo fugiant et proxima secum 305
 nomina tota trahant tutaque in sede resistant.
 quod si forte mihi quaedam discordia tecum est,
 principiis aliis credas consurgere ventos:
 non dubium rupis aliquas penitusque cavernas
 provehere ingenti sonitu casuque propinquas 310

293 pulsataque (-que *om. S*) *CSAR*, pulsataq; *H* corpora
CSH, corpore *AR* denset *CSH*, densat *AR* **294** ora —
 canoro *in versu vacuo omisit S* ora (ore *AR*) diu *Z*, ora
 due *C*, aura diu *Scaliger* tritone *CH*, tritona *AR* cano-
 ro *Z*, cancro *C* **295** opus *H*¹, opes *CSH*² *AR* **297** Car-
 mineque *CSAR*, Carminaq; *H* in- vel irriguo *CZ*, irriguoq; *S*
298 arte *Z*, arta *C*, asta *S* **299** Qu(a)e *CSZ*, Quoi *Bachrens*
 animam *CSH*, aniena *AR* subremigat *CSZ*, -git *H*¹ unda
CSZ, undam *H*² **300** Haud *CSAR*, Aut *H* aliter *CH*² *AR*,
 alite *H*¹, *om. S* torrentibus *CSHA*, correntibus *R* **301**
 angusto *CHR*, angusto *SA* **302** Credendum *CSZ*, Credum *H*¹
 existere *CSZ*, et stitere *H*¹ causas *H*², causam *CSZ* **303** *in*
S *abscissus fere totus* terra *Z*, terras *CS* **304—346** *in finibus*
decisae fere 8—10 litterae in S **304** Ut (*ex Et C*) *CSZ*, At *Iacob*
 cum densa (*cund- H*) *CSZ* premunt *Gronov*, cremant *CSZ*, pre-
 mant *Bachrens* turba (*dura turba A*) *Z*, turbant *C*, *S n. l.* **305**
 fugiant *CSZ*, fugiunt *Iacob* **306** Nomina *CSZ*, Agmina *Sud-*
haus, Momine *Gronov* tota *CSZ*, torta *Iacob* trahant *A*, tra-
 hant *CSHR* tutaq; *in CSZ*, tuta dum *Jacob* resistant *Clericus*,
 -unt *CZ*, *S n. l.* **308** consurgere *CSZ*, cum surgere *Bachrens*
309 Non *CS*, Nū *H*, Num *AR* **310** Prouehere *CSH*, P.
 (*lac. rel.*) *AR*, Proruere *Ald. 1517* ingenti *CSAR*, ingenu *H*

diffugere impellique animas, hinc crescere ventos;
 aut umore etiam nebulas effundere largo,
 ut campis agrisque solent, quos alluit annis:
 vallibus exoriens caligat nubilus aer,
 flumina parva ferunt auras, vis proxima vento est, 315
 eminus adspirat fortis et verberat umor.
 atque haec in vacuo si tanta potentia rerum est,
 hoc plura efficiant infra clusaeque necesse est.

his agitur causis extra penitusque: coactus
 exagitant ventos, pugnant in faucibus, arte 320
 pugnantis suffocat iter. velut unda profundo
 terque quaterque exhausta grauis ubi perbibit euros,
 ingeminant fluctus et primos ultimus urget:
 haud secus adstrictus certamine tangitur ictu
 spiritus involvensque suo sibi pondere vires 325
 densa per ardentis exercet corpora †uires

321 afferunt *Exempla Vaticana Keilii* 116 sub *lemmate Suffocat.*

sonitu CZ, sonotu corr. in -itu S propinquas C (S n. l.) HA,
 -ans R **311** crescere C (S n. l.), cernere Z **312** effundere
 CSZ, se effundere *Bachrens* **313** Ut *Ald.* 1517, Aut CSZ
 adluit *Haupt*, abluit C (S n. l.), obluit H, obruit AR amnis
 C (S n. l.) AR, amnes H², annis H¹ **314** exoriens CSAR,
 et oriens H nubilus (-lus *abscisae* in S) CSAR, nubibus H
315 Flumina CSZ, Flamina *Vat.* 3272 uis H², uix CZ, in
 S u sola *superest* **316** Eminus C, Et minus (nimis A) SZ
 fortis CSZ, fontis *Vat.* 3272 **317** uacuo H², uacuos CSZ
 rerum CZ, S n. l., rorum *Iacob* **318** Hoc CSH, Nec AR
 efficiant (-ti- S) CS, -unt Z infra CSZ, intra *Scaliger*
 clusaeque *Vollmer*, clusique CSZ **319** agitur CSH²AR,
 angitur H¹, igitur *Scaliger* coactus C (S n. l.) H¹, coactis
 H²AR **320** faucibus (f *sola* in S) CSZ, facibus H¹ arte
 CHA, S n. l., arctae R **321** Pugnantis CSH (*Ex. Vat.*), -es
 AR iter CSH² (*Ex. Vat.*), inter Z **322** ex(h)austa CSH,
 est hausta AR grauis S, -es CZ perbibit *Vat.* 3272 s, per-
 hibit C, perbibere H, per(h)ibere AR, S n. l. **323** Ingeminant
 CSHA, -at R primos ult (*cet. abs.*) S, primus ultimos
 (-us Z) CZ **325** inuoluensque CZ, inuouensque S **326** hic
omissum, post **344** positum signis tamen huc *revocavit* R ar-
 dentes CSZ, artantes *Iacob* uires CZ, S n. l., uenas *Ald.*
 1517, fauces *Sudhaus*, opinor flatus

et quacunq̄ue iter est, properat transitq̄ue morantem,
donec, confluuiō veluti siphonibus actus
exilit atq̄ue furens tota vomit igneus Aetna.

quod si forte putas isdem decurrere ventos 330
faucibus atq̄ue isdem pulsos remeare, notandas
res oculis locus ipse dabit cogetq̄ue negare.

quamvis caeruleo siccus Iove fulgeat aether
purpureoque rubens surgat iubar aureus ostro,
illinc obscura semper caligine nubes 335

pigraque defuso circumstupet umida voltu
prospectans sublimis opus vastosque receptus.

non illam videt Aetna nec ullo intercipit aestu:
obsequitur quacunq̄ue iubet levis aura, reditque.
placantis etiam caelestia numina ture 340

summo cerne iugo vel qua liberrimus Aetnae
introspectus hiat, tantarum semina rerum,
si nihil irritet flammās stupeatq̄ue profundum.
huic igitur credis, torrens ut spiritus ille,
qui rupis terramq̄ue notat, qui fulminat ignis, 345

- 327 morantem CZ, S n. l., -es J. H. F. Meineke 328
Donec CSAR, Donec H confluuiō CSH, cum fluuiō AR
siphonibus actus (siphon restant in S) CS, om. Z 330 isdem
CSH, idem A¹R decurrere (e ultima abscissa S) SZ, decurre C
331 atq̄ue Z, atq̄ue CS isdem Vat. 3272 §, idem CSZ
pulsos ed. Ascens. 1507, pulsus CSAR, pulsibus H notandas
Vat. 3272 §, notanda (s. s. scilicet sunt C) CAR, S n. l., no-
tanda sint H 332 negare CAR, S n. l., necare H¹, notare H²
333 fulgeat (f et u dimidia restant in S) CS, fugiat H, frigeat
AR 336 defuso (defusso corr. in defuso R) CSZ, defixo
Wernsdorf 337 Prospectans Munro, Prospectant CSHA,
-at R sublimis CSZ, -e H² vastosq; Z, vastusq̄ue C, uas
(cet. absce.) S receptus CZ, S n. l., recessus ed. 1495 338
videt CSZ; bibit Haupt, vorat Iacob nec CSHA, non R
intercipit C (S n. l.) A, intercept (inc- R) HR (a)estu CZ
(S n. l.), haustu Haupt 341 Summo CSAR, Summe H
(a)ethnae AR, (a)et(h)na CH, S n. l. 342 Introspectus
Schrader, Inprospectus CSZ 343 irritet (inr- R) Z, irridet
(inr- S) CS 344 Huic SZ, Huic C ille Scaliger, illi CZ,
S n. l. 345 notat CSZ, rotat Iacob

cum rexit vires et praeceps flexit habenas,
 praesertim ipsa suo declinia pondere nunquam
 corpora deripiat validoque absorbeat aestu?
 quod si fallor, adest species tantusque ruentis
 impetus attentos oculorum transfugit ictus. 350
 nec levitas †tantos igitur ferit aura movetque.
 sparsa liquore manus sacros ubi ventilat ignis,
 verberat ora tamen, pulsataque corpora nostris
 incurstant: adeo †in tenui vim †causa repellit.
 non cinerem stipulamve levem, non arida sorbet 355
 gramina, non tenuis plantis humus excita praeda est,
 surgit odoratis sublimis fumus ab aris:
 tanta quies illi est et pax innoxia rapti.
 sive peregrinis igitur propriisve potentes
 coniurant animae causis, ille impetus ignes 360
 et montis partes atra subvectat harena
 vastaque concursu trepidantia saxa fragoris

346 Cum rexit *CS*, Cur exit *Z* ex versu **347** in *S* non
 supersunt nisi aliquot hastae superiores, insequentes versus om-
 nino perierunt **347** declinia *Ellis*, decliua *CZ* **348** de-
 ripiat *Gorallus*, diripiant (-at *R*) *CZ* ualidoque *CHA*, uali-
 dosque *R* absorbeat *Bachrens*, absolveret (-re *H*¹, -ret corr.
 ex -rat *A*) *CZ* aestu (cf. 338) vel actu *Wernsdorf*, arcu *CZ*,
 haustu *Sudhaus* **349** si *CH*, ni *AR* ruentis *Bachrens*, ruinis
CAR, ruimus *H*, ruinaest *Munro* **350** transfugit (tras- *R*)
*CARH*², transfligit *H*¹ **351** Nec leuitas tantos *CZ*, Haec
 levitas, tanta est *Scaliger*, similia alii, Nec leuiter tactos *Bach-*
rens, Nec leuis astantes *Ellis*, Nec leue tus dantes *conieci*
353 Verberat ora *C*, Verberata *Z* nostris *C*, nostra *Z* **354**
 causa *C*, causam *H*, c(1)ausaq; *AR* **355** -ue *CAR*, -ne *H*
 non *CH*, om. *AR* **356** humus excita predas (praedast *Bach-*
rens) *C*, exit humus apredas (d super ap add. *H*²) *H*, exit humor
 apndaf *AR* addita cruce uterque **357** odoratis *Scaliger*, ado-
 ratis *CAR*, odoratus *H* sublimis *CAR*, sum limus (-is *H*²) *H*
358 Tanta *CARH*², Tanto *H*¹ illi *CZ*, igni *Maehly*, potius
 monti **359** peregrinis *CHA*, -us *R* -ue *Scaliger*, -que *CZ*
 potentis *CZ* **360** Coniurant *CHA*, -rā *R* causis ille *CH*,
 casus illic *AR* ignes *C*, ignis *Z* **361** partes *CAR*, perte *H*
 atra *CH*², atras *Z* subuectat *CZ*, subiectat *Haupt*, **362**
 trepidantia (-cia *H*) *CZ*, crepitantia *Iacob*

ardentisque simul flammam ac fulmina rumpunt:
 haud aliter quam, cum pronò iacere sub austro
 aut aquilone fremunt silvae, dant bracchia nodo 365
 implicitae et serpunt iunctis incensia ramis.

nec te decipiant stolidi mendacia volgi,
 exhaustos cessare sinus, dare tempora, rursus
 ut rapiant vires repetantque in proelia victi.
 pelle nefas animo mendacemque exue famam: 370

non est divinis tam sordida rebus egestas
 nec parvas mendicat opes nec corrogat auras.
 praesto sunt operae ventorum examina semper:
 causa latet, quae rumpat iter cogatque morari.

saepe premit fauces magnis extructa ruinis 375
 congeries clauditque vias luctamine ab imo

et, spisso veluti tecto, sub pondere pressat
 haud similis †teneros cursu: tum frigida monti
 desidia est tutoque licet discedere †montes.

post, ubi concurrere mora, velocius urgent, 380
 pellunt oppositi moles ac vincula rumpunt;

quicquid in obliquom est, frangunt iter; acrior ictu

- 363 ac CH, et AR fulmina CZ, flumina Vat. 3272 364
 Haud CHA, Aut R austro CARH², astro H¹ 366 et
 Vollmer, h(a)ec CZ, ac Wernsdorf iunctis CAR, iunctis H
 367 stolidi CHA, solidi R 369 Vt ed. Ven. 1457, Aut CH,
 Haud AR 370 animo Ald. 1517, animi CZ famam C,
 flammam Z 371 diuinis ed. Ascens. 1507, diuitiis (-ciis H)
 CZ tam Ald. 1517, iam CZ (a)egestas CAR, aegestas H
 372 paruas C, -uo Z auras CAR, -es H 373 opere CH,
 -i AR 374 Causa latet CH², Cause (Causae R) latent Z
 quae rumpat iter C, qu(a)erunt pariter Z cogatque CH,
 -antq; AR 376 luctamine ARH², luctam H¹, luctamur
 (s. s. at tur) C 377 Et spisso Iacob, Et scisso C, Escisso Z
 tecto CAR, -os H pressat Bachrens, pr(a)estat CZ 378
 similis CHA, sitis R cursu: tum Iacob, cursu cū C, cur
 secū Z desidero quale aut similis tenet occursum 379 tuto-
 que CZ, totoque (s. s. tuto) H² discedere CHA, descendere R
 montes CZ, motis Bücheler, turbae opinor, gressu Sudhaus
 380 concurrere Vollmer, conticuere (-cure R) CAR, contere H,
 contumere Birt, confluxere Sudhaus

impetus exoritur; magnis operata rapinis
 flamma micat latosque ruens exundat in agros:
 sic cessata diu referunt spectacula venti. 385

nunc superant quaecunque regant incendia silvae,
 quae flammas alimenta vocent, quid nutriat Aetnam.

incendi poterunt illis vernacula causis
 materia appositumque igni genus utile terrae.
 uritur assidue calidus nunc sulphuris umor, 390

nunc spissus crebro praebetur alumine sucus;
 pingue bitumen adest et quicquid comminus acris
 irritat flammas, illius corporis Aetna est.

atque hanc materiam penitus discurrere, testes
 infectae excipiantur aquae radice sub ipsa; 395

pars oculis manifesta iacet, quae robore dura est
 ac lapis: in pingui fervent incendia suco.

quin etiam varie quaedam sine nomine saxa
 toto monte liquent: illis custodia flammae
 vera tenaxque data est, sed maxima causa molaris 400

illius incendi lapis est, sibi vindicat Aetnam.
 quem si forte manu teneas ac robore cernas,
 nec fervere putes ignem nec spargere posse;

383 magnis *CAR*, magis *H* operata *CZ*, onerata *Iacob*
 385 Sic *Maehly*, Si *CZ* cessata diu referunt *C*, cessat ad
 (a) *AR* iure ferunt *Z* spectacula *CHR*, -li *A* 386 regant
CZ, negant *H*², gerant *Baehrens*, rogant *Sudhaus* 387 uocent
*CARH*², nocent *H*¹ quid *CA*, quit *H*, quod *R* aethnā *C*,
 (a)et(h)na *Z* 389 utile *CZ*, ustile *Stowasser* terrae (est)
Wernsdorf, ter(r)ent *CZ* 390 sulphuris *CHA*, -us *R* 391
 praebetur alumine *Iacob*, prebetur numine *CH*, prebet muni-
 mine *AR* sucus *CH*², siccus *Z* 392 quicquid *CAR*,
 quid *H* acris *CAR*, sacris *H* 394 testes *Sudhaus*, fontes *CZ*
 395 excipiantur *Vollmer*, eripiantur *CH*, eripiant *AR*, eructantur
Sudhaus, eliciantur *Walter* aqu(a)e *Z*, atq; *C* 396 robore
 (corpore) *AR* dura est *CAR*, rubur edita est *H*¹, robure dita
 est *H*² 398 uarie *CH*, uan(a)e *AR* nomine *AR*, numine
CH 400 molaris *Z*, mola acris *C* 401 incendi *C*, in-
 cendia *Z* est si *C*, est sic *R*, sic (*om.* est) *HA*, is sibi *Clericus*
 uindicat *CH*, uend- *AR* 402 ac *CHA*, a *R* 403 feruere *C*,
 fruere *Z* putes *CH*, potes *AR* posse *C*, possem *H*, passim *AR*

sed simul ac ferro quaeras, respondet et ictu
 scintillat dolor. hunc multis circum inice flammis 405
 et patere extorquere animos atque exue robur:
 fundetur ferro citius, nam mobilis illi
 et metuens natura mali est, ubi coritur ignis;
 sed simul atque hausit flammās, non tutior haustis
 ulla domus servans aciem duransque tenaci 410
 saepta fide: tanta est illi patientia victo;
 vix unquam redit in vires atque evomit ignem.
 totus enim denso stipatur robore, tarde
 per tenuis admissa vias incendia nutrit
 cunctanterque eadem et pigre concepta remittit. 415
 nec tamen hoc uno, quod montis plurima pars est,
 vincit et incendi causam tenet ille (profecto
 miranda est lapidum vivax animosaque virtus):
 cetera materies, quaecumque est fertilis igni,
 ut semel accensa est, moritur nec restat in illa 420
 quod repetas, tantum cinis et sine semine terra est:
 hic semel atque iterum patiens ac mille perhaustis
 ignibus instaurat vires nec desinit ante

404 ac *CHR*, hac *A* respondet et *CAR*, respondeat *tum* et
coeptum scribi, sed *deletum* in *H* 405 dolor *CZ*, calor *ed. Ascens.*
 1507 inice *C*, isse *Z* 406 patere *CH*, pater *AR* 408 natura
 mali *Z*, naturā alii *C* coritur *CH*¹, coquitur *AR*, uritur *H*²,
 cogitur *Vat. 3272* ε ignis *Birt.*, igni *CZ* 409 haustis *Sud-*
haus, hausti *CH*, haustu *AR* 410 duransque *Scaliger.*, duram-
 que *CZ* 411 Septa *CHR*, Saepta *A* fide *C*, fides *Z* tanta
Scaliger., tutum *CZ* 412 unquam *CH*, nunquam *AR* 413
 denso *CH*, dense *AR* tarde *H*, cardo *C*, tardans *AR*
 414 admissa *CH*, amissa *AR* 415 Cunctanterque *CH*, -tēq;
AR pigre *C*, pigra *Z* concepta *Munro.*, c(o)cepta *CAR*,
 cepte *H* remittit *CAR*, -et *H* 417 Vincit *C*, Vincat
 (-et *H*) *Z* 418 lapidum *CZ*, lapidis *de Rooy* 420 restat *CH*,
 cessat *A*, crescat *R* 421 Quod *CH*, Quid *AR* cinis *CHA*,
om. R 422 Hic *ed. Ascens. 1507.*, Sic *CH*, Si *AR* ac mille
CAR, at mille *H* per(h)haustis *CZ*, perustis *H*² 423 desinit
CHR, -at *A*

quam levis excocto defecit robore pumex
 in cinerem<que> putrisque iacet dilapsus harenas. 425
 cerne locis etiam, similis assiste cavernas:
 illic materiae pascentis copia maior,
 sed genus hoc lapidis (certissima signa coloris)
 quod nullas adiunxit opes, et languit ignis.
 dicitur insidiis flagrasse Aenaria quondam 430
 nunc extincta super, testisque Neapolin inter
 et Cumas locus est, multis iam frigidus annis,
 quamvis aeterno pingue scatet ubere sulphur:
 in mercem legitur, tanto est fecundius Aetnae.
 insula, cui nomen facies dedit ipsa rotunda, 435
 sulphure non solum nec obesa bitumine terra est,
 et lapis adiutat generandis ignibus aptus,
 sed raro fumat, quin vix si accenditur ardet,
 in breve mortalis flammam quod copia nutrit.
 insula durat <et> a Volcani nomine sacra, 440
 pars tamen incendi maior refrixit et alto
 iactatas recipit classes portuque tuetur;

424 excocto *CH*, exhausto *AR* 425 cineremque
Vollmer, cinerem *CS* iacet *Z*, iacit *C* dilapsus *Scaliger*,
 delapsus *CZ* 426 adsiste *C*, adsisse *H¹*, adsisse *AR*, ar-
 sisse *H²* 427 pascentis *Schrader*, nascentis *CZ* copia
 maior nascentis *scripsit H¹*, ordinem *correxerit H²* 428 coloris
CH, caloris *AR*, colonis *Vat. 3272* 429 et languit ignis
CH, et languet in ignes *AR*, elanguit ignis *Iacob* 430 fla-
 grasse *Wesseling*, flagrans *CZ* enarea *CHA*, en aera *R*
 431 testisque *C*, tectisque *Z* neapolin *C*, neapolis *Z* 432
 Et *CH*, Atq; *AR* est (*pro glossa*) *H²*, et *C*, sed *H¹*, *om. AR*
 433 aeterno *Vollmer*, aeternum *CZ* pinguescat et *CH*, pingues-
 cat ex *AR*, pingui scatet *Ellis* 434 fecundius *CHA*, foecundus
R, fecundior *Vlitius* (a)et(h)n(a)e *Z*, aethna *C* 435 rotunda
CZ, rotundae *Scaliger* 436 Sulphure *CAR*, Sulphur *H*
 nec *CAR*, et *H* bitumine *C*, atimiê *H*, acumine *AR* 437
 lapis *Z*, lapsis *C* generandis *C*, gerendis *H¹*, gerendis (-us *R*)
H²AR 438 quin 5, qui *CHA*, et *R* 440 durat et a
Vollmer, durata *CZ*, durat adhuc *Scaliger*, adoratur *Postgate*
 441 incendi *CAR*, -dii *H* maior refrixit *AR*, maiore frixit
C, maior efrixit *H* 442 Iactatas *HA*, Iactaetatas *R*, Iactata *C*

quae restat minor, et dives satis ubere terra est,
 sed non Aetnaei vires quae conferat igni.
 atque haec ipsa tamen iam quondam exstincta fuisset, 445
 ni furtim adgereret Siculi vicinia montis
 materiam silvamque suam pressove canali
 huc illuc ageret ventos et pasceret ignes.

sed melius res ipsa notis spectataque veris
 occurrit signis nec temptat fallere testem. 450

nam circa latera atque imis radicibus Aetnae
 candentes efflant lapides disiectaque saxa
 intereunt venis, manifesto ut credere possis,
 pabula et ardeni causam lapidem esse molarem,
 cuius defectus ieiunos colligit ignes. 455

ille ubi collegit, flammam iacit et simul ictu
 materiam accendit cogitque liquescere secum.
 haud equidem mirum, <in> facie quae cernimus extra,
 si lenitur opus, restat: magis uritur illic
 sollicitatque magis vicina incendia saxum 460

certaque venturae praemittit pignora flammae.
 nam simul atque movet viris turbamque minatur,
 diffugit exemploque solum trahit: ictaque ramis

443 Qu(a)e CH, Qui AR 444 igni Vollmer, illi CZ, imi Baehrens 446 furtim AR, furtum CH adgereret ed. Ven. 1475, adgeneret (-rat AR) CZ siculi vicinia montis C, om. Z, secretis callibus humor s 448 ageret HA, ager et C, ageres R pasceret Ald. 1517, posceret CZ 449 ipsa notis C, ipsa nocte HA, nocte ipsa R spectataque (alterae ta supra lin. C) CZ veris ed. Ven. 1475, venis Z, ventis C 450 Occur(r)it CAR, Occurnit H testem Haupt, pestem CZ 452 Candentes CHA, Contendens R efflant (-at R) CZ, extant Wernsdorf saxa C, saxi Z 453 manifesto CH, -te AR 455 ieiunos AR, ieiunus C, -niis H colligit CZ, conficit Maehly 456 iacit ed. Ascens. 1507, iacet CZ 458 in Vollmer, om. CZ facie que C, fateq; H, scate (scute R) quod AR 459 Si CH, Sed AR lenitur CAR, leniter H restat CZ, cessat Sudhaus uritur H, uiritur C, lenitur AR 460 vicina CAR, vicinia H 461 uentur(a)e CHR, uentura A 462 uiris C, curis Z minatur Vlitius, minatus C, minutus (mim-R) Z 463 exemploque C, extemploque Z ictaque ramis (scil. terra) CZ, actaque rima Clericus

et grave sub terra murmur demonstrat et ignis.
 tum pavidum fugere et sacris concedere rebus 465
 par rere: e tuto speculareris omnia collis.
 nam subito effervent onerosa incendia raptis,
 accensae subeunt moles truncaequae ruinae
 provolvont atque atra sonant examina harenae.
 illinc incertae facies hominumque figurae: 470
 pars lapidum domita, stanti pars robora pugnae
 nec recipit flammās; hinc indefessus anhelat
 utve aperit se hostis, decrescit spiritus illic —
 haud aliter quam cum laeto devicta tropaeo
 prona iacet campis acies et castra sub ipsa. 475
 tum si quis lapidum summo pertabit igni,
 asperior sopito et quaedam sordida faex est,
 qualem purgato cernes desiderare ferro.
 verum ubi paulatim exiluit sublata caducis
 congeries saxis, angusto vertice surgunt: 480
 sic veluti in fornace lapis torretur et omnis
 exustus penitus venis subit altius umor.
 amissus opibus levis et sine pondere pumex
 excutitur, liquor ille magis fervere magisque
 fluminis in speciem mitis procedere tandem 485

464 habent *CAR*, om. *H* graue *CR*, graui *A* ignis
Vollmer, ignes *CAR* 465 concedere *CH*, confugere *AR*
 466 Par rere *A*, Parere *CHR* e *Scaliger*, et *CZ* collis
CZ, colli *ed. Ascens. 1507* 467 (h)onerosa *CH*, numeros(s)a
AR 470. 471 habet *C*, om. *Z* 471 domita *C*, domita est
Munro stanti *C*, stantis *Munro* 472 Nec *CAR*, Hec *H*
 recipit *Z*, repit *C* hic indefessus *Ellis*, hinc defensus *C*, hinc
 des fessus (*sic*) *H*. nec hinc (hic *R*) defessus *AR*, mons hic defessus
Ald. 1517 473 Utve *Vollmer*, Atque *CZ* se *CH*, om. *AR* hostis
CZ, hosti *Scaliger* 474 troph(a)eo *CZ* 475 Prona iacet *CH*,
 Prima iacit *AR* 477 sopito *Maehly*, sopita es (*CH*¹, est *H*²*AR*)
CZ, facies *Sudhaus* faex *C*, fax *H*, fas *AR* 478 cernes
CZ, cernas *Munro* desiderare *CH*, descidere *A*, descendere *R*
 480 surgunt *CZ*, surgens *Iacob* 481 torretur *CHA*, torque-
 tur *R* 482 Exustus *CH*, Exutus *AR* 484 Excutitur (-qut-*H*)
CH, Excoquitur (-quoqu- *R*) *AR* feruere *C*, servare *Z*

incipit ac primis demittit collibus undas.
 illae paulatim bis sena in milia pergunt,
 quippe nihil revocat, curvis nihil ignibus obstat,
 nulla tenet (frustra) moles, simul omnia pugnant:
 nunc silvas rupesque notant haec tela, solumque
 ipsum adiutat opus facilesque sibi induit amnes.
 quod si forte cavis cunctatus vallibus haesit
 (utpote inaequalis volvens perpascitur agros),
 ingeminant fluctus et stantibus increpat undis;
 sicut cum rapidum turbo mare cernulus aestu

490 *silvae tract.*
Scharutz p. 4

ac primum tenuis imas agit, posteriores
 progrediens late diffunditur et succernens.
 flumina consistunt ripis ac frigore durant
 paulatimque ignes coeunt ac flammea massis
 exuitur facies: tum prima ut quaeque rigescit
 effumat moles atque ipso pondere tracta
 volvitur ingenti strepitu praecepsque sonanti
 cum solido inflicta est, pulsatos dissipat ignes
 et qua disclusa est, candenti robore fulget.
 emicat examen plagis, ardentia saxa

486 primis Z, prunis C demittit Ald. 1517, dimittit CZ
 488 curvis D'Orville, curtis CH, cartis AR, cursus Haupt, tantis
 Sudhaus obstat Z, ostat C 489 frustra CHA, frustra R
 490 notant CAR, notat H 491 Ipsum Clericus, Ipsa CZ
 opus Haupt, opes CZ amnis C, annis Z 492 uallibus C,
 uasibus (na- H¹) Z, uasiis H² h(a)esit CH, exit AR 493
 perpascitur CHR, prep- A 494 Ingeminant CZ, -nat ed.
 Ven. 1475 495 turbo scripsi, turno (-uo H²) H, curuo CA,
 curuū R mare CAR, manere H deest versus in quo lege-
 batur undas 496 Ac CH, Ad AR tenuis imas C, tenuis
 si mas (coniunxit H²) H, tenuis (lacuna 6 fere litt. re-
 licta) AR posteriores (-ones H) CZ, ulteriusque Baehrens
 497 diffunditur CAR, -tus H suc(c)ernens CZ; possis suc-
 cernit 499 massis D'Orville, messis CZ 500 tum CH,
 tunc AR 501 Effumat CAR, Aff- H atque CH, atque ab
 AR 503 inflicta edd., inflexa CZ, infixa Scaliger dissipat
 CAR, discipat H ignes Sudhaus, ictus CZ 504 candenti
 CHA, cad- R robore CZ, rodere Haupt

(scintillas procul ecce vides, procul ecce ruentis)
 incolumi fervore cadunt, fert impetus ignes,
 Synaethi quondam ut ripas traiecerit amnis;
 vix iunctis quisquam fixo dimoverit illas,
 vicanos persaepe dies iacet obruta moles.

510

sed frustra certis disponere singula causis
 temptamus, si firma manet tibi fabula mendax,
 materiam ut credas aliam fluere igne, favillae
